formas,ſiue naturã,ſiue partes, ſiue generationẽ,ſiue denique motum & functiones,quę omniũ ſuperãt admirationẽ,contẽpletur, atque ad animũ paullo accuratius reuocet?Quarũ differentias vt vnã ſaltem atque alteram attingã,videas animantium alias, vt Cicero ſcripſit,coriis tectas, alias villis veſtitas, alias ſpinis hirſutas: pluma alias, alias ſquama obductas, alias eſſe cornibus armatas, alias habere effugia pẽnarum.Item,quod idem ait,alia animalia gradiendo,alia ſerpendo ad paſtũ accedunt,alia volando, alia nando.De quibus nunc quidẽ plura diſſerere,etſi ab operis huius argumẽto nequaquam fuerit alienum: tamẽ, quod explicari ſingula breuiter nequeant, ſatius duximus cognitionis huius cupidum remittere ad eos,qui ex profeſſo de his tradidere.Quorũ in numero facile princeps eſt Ariſtoteles,cuiusde hiſtoria animalium libros adeo arriſiſſe Alexãdro Magno accepimus, vt philoſopho præmiũ laboris perſolueret talẽta 800, h.e. coronatorũ aureorũ millia quadringẽta octoginta, ſecundum quorundã cõputationem. Cum autem in natura animantium inprimis admirabilia ſint virtutũ ſimulacra,nõ vſu quidẽ & exercitatione ab ipſis cõparatarum, multo minus mentis iudicio acquiſitarũ; quarũ illæ ἠθικαὶ nominantur philoſophis,hæ vero διανοητικαί; ſed a natura omnium parente inſitarum:harum conſideratione cõmoti cum alii non contemnendæ auctoritatis philoſophi,tum inprimis ſcriptor elegans & prudens Plutarchus, brutis animantibus rationis humanæ particulam tribuere non detrectarunt. Et extat huius commentarius, quem inſcripſit titulo περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι: itemque alter, cui titulum fecit

πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα, ἢ τὰ ἔνυδρα; Et in prō-
ptu ſunt de hoc argumento diſputationes multo-
rum; quibus tamen nequaquam ego hoc effici ar-
bitror, quod illi volunt, imaginem illam & ſimilitu-
dinem humanæ prudentiæ, fortitudinis, clementiæ,
ingenii, & ſolertiæ, quę contemplantibus eſt obuia,
non in magnis duntaxat, ſed minutiſſimis quoque
beſtiis, euincere, id quod dubium controuerſum-
que eſt, veram ſcilicet rationem & intelligentiam il-
lis ineſſe. Hoc ſane negari non poteſt, quod res lo-
quitur, multa homines a brutis edoctos eſſe, inque
his plurima omnium officiorum ſuppeditari nobis
exempla, ad conformandos mores, atquę inſtituen-
das vitæ actiones idonea. Atque de his vt prius di-
cam, vel potius repetam partim ab aliis, Plinio prę-
ſertim & Plutarcho, partim a me ipſo ante comme-
morata, τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγων more Socratico; quis
eſt tam demens, tamque parum de ſe cogitans, qui,
cum beſtias aduertat, ſe, vitam, corpusque tueri, ac
declinare ea quæ nocitura ipſis videntur, omniaque
quæ ſunt ad viuendum neceſſaria inquirere & pa-
rare; non excitetur ad cōſimilem curam atque con-
tentionem acquirendi ſibi ſuisque ea quæ ad vitæ v-
ſum pertinent, &, quacunque ope poſſit, propulſan-
di omnem vim atque iniuriam a ſuo eorūque quos
genuit, corpore, capite, atque vita? Vt enim maio-
rum gentium animalia nunc miſſa faciam, cui igno-
ta eſt alitis domeſticæ, cuius παραβολῇ etiam filius
Dei vtitur, gallinę inquam, erga tenellam pullitiem
caritas ac curæ ſolicitudo; proque hac aduerſus im-
petentes propugnandi audacia? Prædicatur in con-
ſeruanda ſobole perdicum ſolertia; quæ pullos per
ætatem

ætatem ad auolandum nondum ſatis veloces, ſupino in terram decubitu docent venatorum oculos fallere, gleba corpori, integumenti vice ſuperingeſta; quo facto, matres ipſæ venatorem, coloris ſimilitudine deceptum, alio auertunt, variis ſe circumagentes ludificationibus, ac impedite, quaſi volando ſint defeſſæ, obuolitantes, tantumque ſe non deficere curſu ſimulantes, ac quaſi captarum ſpeciem tantiſper præ ſe ferentes, donec a pullitie ſua hoſtem procul abducant. Tum vero pleno ſeſe volatu, tanquam receptis nouis viribus, proripiunt. Quis hunc ſolertis conſilii, & ſalutaris aſtutiæ plenum amorem, non admiretur? Mirabilem certe, niſi non minori admiratione digna ſint, quæ de leporibus narrantur. Ii nanque ſe in latibula recepturi, catulos ſuos alium alio transferunt, variorum locorum, ſæpe etiam iugeri interuallo diſſitos, atque a ſe inuicem deiũctos; non aliam illos quidem ob cauſam, quam vt, ſi vel hominem, vel canem per ea loca vagari euenerit, in idem vniuerſi capturæ diſcrimen, vitæque periculum non adducantur, Quo facto, ipſi paulo poſt decurſu multiplici hinc inde impreſſis veſtigiis, quibus venatorum indaginem, & canum eludant ſagacitatem, ſaltu tandem ingenti vno atque altero in ſua ſe ſubducunt cubilia. Atque hæc de Leporibus prodita accepimus: quorum ſolertia non inferior eſt erinaceorum in cuſtodiendis tuendiſque ſe ſuisque dexteritas ac circũſpectio, quæ etiã prouerbio locũ fecit:

Πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα,

h. e. *Ars multa vulpi eſt, vna echino maxima.*

vulpecula enim ipſum perſequente, iam iamque imminente, intra aculeorum ſuorum ſpinas, quę ca-

ſtaneę ſeu nucis pineę, calyce ſuo inuolutæ, referũt ſimilitudinem, ſeſe agglomerat: atque ita acutis vndique in orbem horridis circuntectus ſpiculis,

κεῖται, θιγεῖν τε καὶ δακεῖν ἀμήχανος.

ſed admirabilior eſt eiuſdem pro catulis ſolicitudo ac prouidentia. His enim victum procuraturus, vindemiæ tempore in vineas clam irrepit, pedibuſque botrorum acinos decutit, quos corporis rotatione aculeis ſuis confixos excipit, iiſque onuſtus tandem ſe in ſpeluncam recipit. Qui hæc literis prodidit grauis & idoneus teſtis Plutarchus, meminiſſe ſe ſcribit, omnibus qui tum aderant adſpectãtibus, ęrinaceum ad hunc modũ acinis onuſtũ, præbere botri reptantis ingredientiſque ſpeciem. Poſtquam vero luſtrum quod habet, cum hac acinorũ ſarcina ingreſſus eſt, prædã proli diſtribuit; quam partim ex ſe ſtatim decerpendam illi ſuppeditat, partim catulis condẽdam ſubminiſtrat. Idem piris pomiſque, vbi maturuerũt, facere cõſueuit. Dignum memoratu eſt, quod de latibulo ſiue cubili eiuſdem proditum memoriæ eſt; id cum duos habeat meatus, inſtar faucium, ad Boream alterũ, alterũ ad Notũ conuerſos, eos alternis, prout cæli imminentem mutationem, & futuros venti aduerſi flatus præſentit, vel obſtruere aſſolet, vel aperire. Hoc cum Cyzicenus quidã animaduertiſſet, nomen ſibi & famam inde peperit, tempeſtates præſagientis, ſiderumque inſtructi ſcientia. Sed prolixior ſum, quã opus erat, in φιλοστοργίᾳ h. e. amore & cura animantium erga fetus ſuos referenda: præſertim cum huius exempla ſatis multa a Phile ipſo recenſeantur. Venio igitur nunc ad aliarum, quæ a beſtiis ſimiliter nobis ſuppeditantur, virtutum effigies

figies ac ſimulacra. Quis eſt ingenio tam ignauo & inerti, animoque prorſus remiſſo ac ſegni, qui formicarum contemplatus induſtriam, atque in ſubeundis laboribus alacritatem & tolerantiam, non excitetur ad conſimile in exequendis vitæ muneribus atque officiis ſtudium, curam, & attentionem? Itaque & Solomon, omnium quos Sol vidit regum ſapientiſſimus, hominem ignauum & ſegnem ad formicæ relegat diligentiam atque induſtriam: & Poetarum Plato, ſtudii & laboris illarum aſſiduitatem pulcerrimis expreſſit verſibus ſic canens:

Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
Cum populant, hyemis memores, tectoque reponunt:
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas
Conuectant calle angusto: pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris; pars agmina cogunt,
Castigantque moras: opere omnis ſemita feruet.

Ceterum non induſtria modo illarum admirationem mouet: ſed etiam, quod natura vix vllum maximarum pulcerrimarumque rerum ſpectaculum habet tam paruum: quippe in quo, ὥσπερ ἐν σαγῆνι καθαρᾷ, πάσης ἔνεστιν ἀρετῆς ἔμφασις, teſte Plutarcho. Amicitiæ enim mutuæque caritatis imago eſt atque argumentum, illa inter ipſas rerum communicatio, & quod altera alteri occurrentes calle anguſto, exoneratæ oneratis de via decedunt, tranſitumque prębent; & quod ſarcinam geſtatu difficiliorem, in plures diſtributam, faciunt leuiorem; & quod conuentus inter ſe celebrent frequentes. Mitto nũc ceteras virtutes in inſectis illis cõſpicuas. Fortitudinis .n. ſimulacrũ exhibet illa in adeũdis laborib. prõtitudo & conſtantia:

constantia:& sunt in iisdem multa frugalitatis, multa prouidentię, multa iustitię argumenta non obscura. Mitto Reipub. inter ipsas probe constitutę beneque moratæ formam; mitto nundinas & emporia, ad deuinciendum se mutuo iure societatis & beneuolentiæ, inter ipsas instituta. Etsi, quæ de Repub. earundem literis tradita leguntur, in apum politia magis quam formicarum eminent. Illæ enim regem sibi deligere perhibentur, & corporis proceritate, & formæ præstantia ceteris antecellentem. Quo, vt poeta cecinit,

——— *incolumi, mens omnibus vna est:*

Eodemque, vt idem retulit,

Amisso, rupere fidem, constructaque mella
Diripuere ipsæ, & crates soluere fauorum,

& quæ deinceps memorantur. In harum rerum considerationem summos, infimos, & mediocres incumbere certe operæ precium fuerit. Quis enim procerum non admoneatur clementiæ ac moderationis, cum regem apum aculeo quidem armatum esse audit, minime vero eum quidem illo vti ad offendendos lædendosque subditos, immo ad defendendos potius, ac protegendos: sicut Apostolus de vniuerso genere magistratus verba faciẽs, τὸν ἄρχοντα, inquit, gestare gladium, cum Dei minister sit, ad irrogandas pœnas iis qui malefaciunt? Quis vero subditorum non excitetur ad colendum obsequio ac prosequendum reuerentia magistratum, si earũdem erga regem consideret subiectionis obseruantiam, & obœdientiæ morigerationem? Quem non modo extra alueolos progressum stipatu regio circundant, sed etiam forte amissum solicite indagando perquirunt,

runt, odoratuque ſagaci perſequuntur; quem nimirum, cum aut annis marcet, aut volando defeſſus eſt, ſuis ipſæ corporibus ſublatum baiulant. Quid? quod eodem fatis functo, non iam foris ad paſtum prodeunt, ſed cadauer eius mæſtæ circumſtantes, funus extra aluearia deducunt, terræque mandant? Atque, vt rem in pauca conferam, omnino Reſpub. illarum, in tanta ciuium multitudine, atque officiorum varietate, pace conſentiens mirifica, ac concordia ſtabilita incredibili, ſuffultaque amore & beneuolentia, omnium ſuperat admirationem. Sed nimis longum fuerit, hiſtorias ſingulorum animalium proſequi. itaque vt modi potius a me quam copiæ habeatur ratio, de ceteris, nudis duntaxat rebus agam, vt Naſonis verbis loquar. Diſciplinam domeſticam, curamque rei familiaris commendat nobis galli gallinacei vigilãtia, ac pro vxoribus ſuis ſolicitudo mirifica. Pietatem erga parentes nos docet ciconia, alens ſuos, fouens atque ſuſtentans. Fidem, amicitiam, & animi grati memoriam nobis inſinuat canum erga heros fidelitas. Humanitatem ac liberalitatem ſubiicit oſſifragæ in pullos aquilæ benignitas ac beneficentia: iuſtitiam. apum moderatio, quæ ex floribus, illud quidem quod dulce eſt, delimant atque depaſcuntur, nullum autem fructibus ipſis damnum dant. Fortitudinis exemplum eſt, non modo leonis animus inuictus, ſed reguli quoque, inter auiculas minimi, cum aquila pugna, deque imperio certamen: Temperantiæ, genus belluarum vniuerſum, neque plus cibi capientium, quam corporis requirit ſuſtentatio, neque ſomno indulgentium præter naturæ neceſſitatem. Coniuges ad caſtitatem

hortantur

hortãtur colũbæ ac turtures, ius matrimonii ſingulari colentes religione ac fide, adeo prorſus, vt nec mas nec femina, cubile attingat alienum: aut morte diuulſam coniugii ſocietatem nuptiis inſtaurent ſecundis. Quid cornices memorem, quæ defuncto marito, non vnum atque alterum annum, ſed nouem hominum ætates, viduæ perſeuerant? In elephantis tãta perhibetur eſſe caſtitas, vt, quam ſemel coitu impleuerint, eam contrectare iterum abhorreant. Denique ad φιλανθρωπίαν, ac colendam inter homines ſocietatẽ, nos inuitat animãtium omnium mutua inter ſe caritas ac beneuolentia, cum nullum eorum tã immane ſit, vt in ſui generis beſtias ſæuiat ac graſſetur. Quapropter Iuuenalis ſui ſeculi hominibus μισανθρωπίαν exprobrans, beſtiarum inprimis, ad hoc argumentum, exemplo vſus eſt: cuius verſus propter ſingularem venuſtatem huc adſcribere operæprecium duximus. Sic autem ille:

Sed iam ſerpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis ſimilis fera. quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam: ſæuis inter ſe conuenit vrſis.

quæ quidem exempla vtinam ſibi noſtra ætate proponant, οὐκ ἀνθρωπίνως, οὐδὲ θηριωδῶς, ἀλλὰ κατὰ τὸν τρόπον τοῦ πατρὸς αὐτῶν, qui ſecundum Euangeliſtam, ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ᾽ ἀρχῆς, vaſtatione Eccleſiæ, ſcholarũ, ac Reipub. πάνυ διαβολικῶς μαινόμενοι. De quibus in præſentia inſtituere querelas, huius inſtituti non eſt, cum præſertim, ſi Horatio credimus, nihil proficiant triſtes querimoniæ,

Si non supplicio culpa reciditur.

Atque hęc hactenus de virtutum & officiorum simulacris, quæ in brutis nobis proponũtur, breuiter attigisse satis sit: neque enim plura nũc persequi libet, cum in promptu sint pœne innumera, neque vlla fere vitæ humanæ pars sit, quæ non actionum honestarum exempla hinc mutuari possit. Venio igitur nunc ad alterum genus virtutum, in quibus ingenii apparet solertia ac præstantia quædam, quod arte cõtineantur & scientia, Aristoteli διανοητικὰ sunt: nam & de his nonnihil commemorandum est, vt comprobetur quod paulo ante dictum fuit, multa homines a brutis discendo percepisse. Hoc ita se habere planum fieri potest, non modo de iis artibus, quæ mechanicæ vulgo appellantur, ac manu exercentur; sed etiam de ceteris, quæ & sunt ac perhibentur ingenuæ & liberales. De quibus prius expositurus ad pręsentis argumenti institutum pertinentia, initium faciam ab arte Medicinæ, artiũ omnium, teste Hippocrate, præclarissima. Iam certum est animantes in multis medendi partibus extitisse hominibus magistros ac doctores, monstratis herbis ad medicãdum vtilibus & salutaribus: id quod de plurimarũ exemplis demonstrari in promptu est; sed nunc satis fuerit vnum atque alterum retulisse. Atque in harum numero primum occurrit Dictamnus herba, extrahendis sagittis vtilis; & Maronis quoq; elogio, apud quem Venus Æneæ filio illa medetur, nobilitata. Hanc ceruos nobis monstrasse perhibent, eandẽque in Creta insula, capras syluestres telo percussas persequi, ad eiiciendum e corpore spicula, Aristoteles prodidit, atque ex eodem his pulcerrimis versibus Poeta retulit:

His

Hic Venus indigno nati concussa dolore,
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo; non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ,

& quæ deinceps sequuntur. Rutę porro contra venena efficacitatem mustela ostendit; quę dimicatura cum serpentibus, eam comedit, non ignara illius odorem his esse infestum. Chelidonię vsum medendis oculis accommodatum, quæ nomen plantæ illi fecere, hirundines primum prodiderunt, afflictis pullorum oculis ea medentes: Hieracii, accipitres, quos aiunt herbam illam pede scalpere, & emanantem inde lacrymam in oculos transferre, ad abstergendas eorum nubeculas. Marathri siue feniculi virtutem homines ab anguibus edoctos esse, non temere existimatur, postquam vidissent illos, hyberna latebra visu obscurato, sese herbæ huic affricare, eademque oculos inunctos refouere. Ciconias origano, canes gramine, quod inde & Dens canis, & Canaria appellatur, deglutito; edera apros; vrsos formicarum esu, sibi in morbis mederi, non est obscurum. Enematum vsum ab Ibi, nota Ægyptiis aue, ad medicos peruenisse Plinius scripsit; tradens volucrem illam rostri aduncitate per eam se partem proluere, qua reddi ciborum onera maxime salubre est: cum columbi, turtures, gallinaceumque genus vniuersum, humorum sibi sarcinam leuēt parietaria. Quid? quod inuentæ phlebotomiæ beneficium Hippopotamo, Nili fluminis equo incolæ, acceptum fertur? Is enim, cum & natura sit gulosus, & assidua satietate obesus, quotiescunque se sanguinis copia grauari

sentit,

ſentit, ad acutiores ripæ cannas affricto femore, venam ſibi pertundit, ſanguiniſque profluuio, corpus alioqui morbis obnoxium exonerat: plagamq; rurſus, cum par eſt, volutato per craſſum & obſtruentem limum corpore, obducit. Non debeo his commemorandis eſſe prolixior, ne actum agere videar, quod veteri verbo vetamur; præſertim cum & iſtorum pleraque, & complura alia medicinæ a mutis animalibus repertæ exempla, in ſequenti commentario exponantur. Et vero properandum nobis eſt ad alias quoque artes, quas eorundem doctorum debemus magiſterio. Iam quis ignorat, luſcinias cantrices eſſe ſuaues, & perfecta Muſicę ſcientia ſonum edere modulatum, tam ſcite & concinne illum quidem, vt vix eum tot Muſicis tormentis humana poſſit ęmulari induſtria. Vnde natum exiſtimatur vt luſciniæ cantum effingere prædicent eum, qui numeroſe cantillat. Nunc enim (vt Plinii verbis vtar) continuo ille ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc diſtinguitur conciſo, copulatur intorto, promittitur reuocato, infuſcatur ex inopinato; interdum & ſecum ipſa murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus, vbi viſum eſt vibrans, ſummus, medius, imus. Neque eſt quod quiſpiam dubitet, ſonum hunc artis eſſe: ſiquidem plures ſingulis ſunt cantus, nec iidem omnibus, ſed ſui cuique. Certant inter ſe, palamque animoſa contentio eſt. Victa ſæpenumero vitam morte finit, ſpiritu prius deficiente, quam cantu. Meditantur aliæ iuniores; verſusque, quos imitentur, accipiunt. Audit diſcipula intentione magna, & reddit, vicibuſque reticent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docēte quædam repre-

repræhensio. Hæc ille. Mitto nunc Opticen, mitto Arithmeticen, mitto denique Geometricẽ, quarum artium non rudimenta duntaxat, sed documenta etiam singularia, cum in terrestribus, tum in aquaticis animalibus esse in promtu, Plutarchus idoneis docuit exemplis: vereor enim ne modũ excedat hęc commemoratio. Itaque confero me ad astrorum sciẽtiam & præcipue eam, quam, propter prędictiones & præsensiones rerum futurarum, προγνωστικὸν δὲ ἀστρονομίας nominarunt. Iam, præsagia tempestatũ ab animantium indiciis manasse plurima nemini puto esse incognitum: docente scilicet nos obseruatione quotidiana, aeris mutationem denunciari ab agnis & arietibus, petulco cornu ludentibus, blandeque coniscantibus, vt Lucretii verbis loquar, ac pedibus in aęrem sublatis, crebro subsultu lasciuientibus. Eandem portendere existimantur boues, contra pilum se lambẽtes, ac repetito subinde mugitu aerem implentes, cęlumque olfactantes: eandem turpes quoque & ignaui porci, cum alienos sibi manipulos feni lacerant. Immo non formicas, non talpas, non vermes terrenos, huiusmodi præsagiorum ignaros esse, congruentibus obseruationibus deprehensum est. Quid denique ranarum prętet solitum coaxatio portendat, nemini est obscurum. Pisces, si ludibundis emergãt subsultibus, corpusque paululum aquis exerere cernantur, pluuias prędicunt. Delphini vero tranquillo mari lasciuientes, imminentem tempestatem ac procellam manifesto produnt indicio: iidem, illo turbato, aquam spargẽtes, tranquillitatem significant. Atque in hoc genere animantium, prope miraculi simile est, quod de thynno proditum accepimus,

accepimus, eum æquinoctia præſentire & ſolſtitia, adeoque hominem docere, vt nihil ei opus ſit obſeruationibus aſtrologicis. Vbicunque enim locorum hyberno præoccupatur ſolſtitio, iſtic hæret intrepidus, ad æquinoctium vſque ibidem commoratus. Quam vero, in hoc ipſo præſagiendi genere, mira eſt auium ſupra reliqua bruta ſagacitas? Notum eſt ex Marone, quid in aere portendant,

Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamoremque ferunt ad litora: cumque marinæ
In ſicco ludunt fulicæ: notaſque paludes
Deſerit, atque altam ſupra volat ardea nubem.

Neque vero (vt anſeres prætercam & anates, atque innumeras alias tempeſtatum aues præſagas) obſcura ſunt coruorum prognoſtica, quoties ſcilicet, vt rurſus cum Marone loquar,

——— *e paſtu diſcedens agmine magno,*
Coruorum increpuit denſis exercitus alis:

aut, cum iidem

———*liquidas preſſo ter gutture voces*
Aut quater ingeminant, & ſæpe cubilibus altis,
Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti,
Inter ſe foliis ſtrepitant.

Ac conſtat, alitem hanc, quod præ cæteris futura prędicere exiſtimaretur, Apollini olim conſecratam fuiſſe: quippe a qua voces quatuor & ſexaginta ſono diſcrepãtes edi proditum eſt, ex quibus diuinandi periti auguria atque auſpicia frequentius, quam ex cuiuſcumque alterius auis garritu capere conſueuerunt. Sed diuinationem hanc auſpiciorum auguriorumque, quam Græci vna nomenclatione complectentes, οἰωνιστικὴν appellarunt, de induſtria nunc

prætermitto: ſicut & στρατηγικὴν, & ἀρχιτεκτονικὴν, & alia nõnulla huius generis artiũ ſimulacra in brutis manifeſta: ne dicendi promtitudo legentibus pariat faſtidium. Vnicum hoc prioribus adiiciam, quod de gruibus proditum accepimus, eas ſcilicet, ſilentio per ſublime volantes, ſerenitatem: clangoſa autem voce obſtrepentes ac diſſipatas, contrariam τοῦ περιέχοντος κατάστασιν denunciare. Quis vero non miretur, quod ab Ariſtotele de iiſdem animaduerſum, ſicut pleraque alia, Cicero retulit? Grues nempe, cum loca calidiora petentes maria tranſmittunt, trianguli formam efficere. Eius autem ſummo angulo, aër ab iis aduerſus pellitur: deinde ſenſim ab vtroque latere, tanquam remis, ita pennis, curſus auium leuatur. Baſis autem trianguli, quam grues efficiunt, ea tanquam a puppi ventis adiuuatur, hæque in tergo præuolantium colla & capita reponunt. Quod quia ipſe dux facere non poteſt, quia non habet vbi nitatur, reuolat, vt ipſe quoque quieſcat. In eius locum ſuccedit ex iis quæ acquieuerunt, eaque viciſſitudo in omni curſu conſeruatur. Hæc Cicero, & id genus alia non pauca. Sed verboſior ſum, quam inſtitueram; breuior certe, quam argumenti huius amplitudo poſtulat; quæ facit, vt mihi in pręſentia non tam copia in dicendo, quam modus quærendus ſit. Itaque, vbi de eo quoque artium genere, quod reliquum eſt, hoc eſt, περὶ τῶν μηχανικῶν, vnum atque alterum, ad comprobandum id quod eſt propoſitum, ſubiecero exemplum, huius expoſitionis, quæ opinione mea longius prouecta eſt, finem faciam. Atque de illis cogitanti in mentem venit, quod Democritum dixiſſe

perhibens,

perhibent, animalium nos summis in rebus esse discipulos, aranearum quidem texēdo sarciendoque, hirundinum ædificando: suauium vero illorum cygni lusciniæque in modulando carmine & voce fingenda. Sed de Musica paulo ante meminimus: nunc igitur de prioribus videamus. Iam, vt de araneolis prius dicam, quis potest non mirari illorum in texendo machinationem atque solertiam, qua non minus lanificii præside Minerua valere conspiciuntur? Quæ res fortasse fabulæ occasionem præbuit, de artificii illius inter Arachnen puellam & Palladem certamine, quod Ouidius luculento carmine prosecutus est. Est enim in Arachnes nomenclatione Græca, significatio araneæ. Ac videmus, quæ a texendi artificibus fiunt omnia, ab araneis singula fieri & vniuersa: siquidem illorum more, & subtegmina circinato orbe annectūt, & stamina tereti & æquabili filo deducunt, maculasque paribus interuallis, sed subinde ex angusto crescētibus ac dilatatis, indissolubili nodo implicant: vt & centrum more Geometrico seruent, idque velut circino circunducant, & circunscriptionē (περιφέρειαν hāc Græci vocant) exacte definiant, neq; Euclidis ad hæc requirant operam, Geometricis rationibus eruditi. Quid? quod mediū illud reticuli pūctum occupātes, ex inopinato obseruāt, & muscas, & id genus alia animalcula, si qua inciderint; quæ contractis cassibus irretita arripiunt, irretita arreptaque conficiunt? Vnde & aucupes & venatores idem de auibus atque feris experiri cœperunt. Fabulosa hæc procul dubio fando viderentur, nisi quę a me relata sunt, quotidie in oculos incurrerent. Neque vero texendi

ſolummodo artificio textoribus, linteonibus, limbolariis,& acupictoribus: tanquam magiſtri quidam præeunt, ſed & ſarciendi arte inſtructi ſunt. Si quid enim ex tela illorum ſubtili admodum, & vndequaque filo tenuiſſimo ducta ſuſtentata ac pendente, ancillarum in ædibus diligentia excuſſerit, aut caſus aliquis abruperit, id reſarciendo illico inſtaurant, multoque labore retexendo integrum præſtant. Sed hæc hactenus de araneis. Quanta vero auium eſt in extruendis nidis induſtria? Tanta profecto, vt omnium illa quidem latomorum & fabrorum ſuperet machinationem & ſolertiam. Vnde in prouerbii conſuetudinem abiit: Scire omnia homines, & aſſequi, præterquam auibus nidos conſtruere. Videre enim eſt hos intus lana, pluma, & id genus aliis rebus mollibus, inſtar culcitræ extructos, ac pullis ſubſtratos. Cumque præ ceteris hirundinum facta ſit mentio, cui non in earum cunabulis, præter materiam, quæ luto paleiſque & interiecto ſtramine congeſta eſt, ac mollibus plumis flocciſque, ad tepefacienda oua, conſtrata, conſideratione digna videtur figura ipſa, ſphærica nimirum, quæ rotunditate ſua & capacior eſt, & firmior, & occurſantium iniuriæ minus expoſita? Sed de his quoque hactenus. Iam vero, & arma polire, & hoſtem ex inſidiis adoriri, apri & rhinoceros nos docuerunt, illi quidem dentes ſuos, hic vero cornu ad pugnam acuendo. cumque perpetuum ipſi cum elephanto bellum intercedat, non aliam illius partem, quantum quidem in promtu eſt, ictu appetit, quam ventrem; quod non ignoret, ſua hunc mollitie omnium maxime vulneri eſſe peruium. Quid de Ichneumone dicam, cuius aduerſus

croco-

crocodilum accinctus & apparatus, luto se consper-gentis, ac tanquam lorica vndique cingentis, ac munientis, nemini fere est ignotus? Sed abrumpenda mihi est in medio cursu hæc commemoratio, cum multa, præter hactenus exposita, & virtutum nobis maximarum vestigia, & artium vitę humanæ vtilium ac necessariarum rudimenta, in animalibus suppetant. Quæ contemplantes, atque accurate exigentes non modo philosophi, (philosophos autem dico, non eos duntaxat, qui in scholis vulgo hac appellatione veniunt, sed etiam antiquissimum, teste Cicerone, e doctis genus, poetas) non hi igitur modo, cum ad virtutum disciplinam alios exhortantur, animalium vti exemplis consueuere: verum etiam sacrę literę, tanquam vitę ac morum regulas & normam, vel columbarum nobis subiiciunt simplicitatem, vel serpentum proponunt prudentiam: vel ouium mansuetudinem, vel leonis fortitudinem animique firmitatē. Quis enim legendo nō cognouit, multa in Bibliis officia ac functiones, brutorum animalium παραβολαῖς repræsentari? Moyses vir Dei, carmine illo cygneo, quod diuino afflatus spiritu, paullo ante mortem cecinisse perhibetur, solicitudinem Iehouæ pro populo Israelitico, expressit comparatione aquilæ grauissima: vt aquila (inquiens) excitat pullitiem suam, pullis suis incubat, expandit alas suas, assumit eam, portat eam super alas suas: & quæ deinceps sequuntur. Esaias propheta contra eidem populo animum erga Deum exprobrans ferum & ingratum, eum ad bouem & asinum ablegat, dominorum suorum non modo notitiam habentes, sed & amore illos complectentes; Agnoscit, inquiens bos

herum ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. Iſraelitę non nouerunt; populus meus non animaduertit. Boum quoque mentione apud Ioannem Euangeliſtam, quod Auguſtino videtur, indicantur diſpenſantes ſacram ſcripturam Prophetæ & Apoſtoli, nō aliam illi quidem ob cauſam, quam quod, boum inſtar, animos noſtros arando excolunt, inque iis doctrinam verbi diuini diſſeminent. Itaque, & Prouerbiorum auctor, rex Iſraelitarum potentiſſimus ac ſapientiſſimus Solomon, & gentium Apoſtolus D. Paullus, vetãt obligari os boui triturãti. Adde, quod ſacra Biblia non vno in loco doctores atque præcones Euangelii Canes nominant: & Eccleſia ipſa Columbę nomine in iiſdem honeſtatur. In cuius mentionem cum quaſi curſu ſuo deuoluta ſit hæc narratio, non inconſentaneum duximus, huic ſermoni colophonem imponere imagine illius in halcyone nobis propoſita, quæ a Philippo Melanchthone communi præceptore, in epiſtola quadam eſt expoſita. Atque conſtat, auiculam illam paullo ampliorem paſſere, ſeptem ante brumam diebus nidum facere, totidemque ſequentibus extructo parere. Cumque & nidus ipſe figura ſua, & ſtructuræ modo, ac firmitudine, ſituque loci admirationem habeat: tum illud non minori admiratione dignum eſt, quod volucris illa aſperrimo anni tempore ouis incubans, pullos excludit, mari, quod fetificanti hoſpitium præbet, per eos dies placido & nauigabili, vt auis hoſpitæ nidus, neque ventorum ſæuitia quaſſetur, neque vndis obruatur. Itaque tranquillitatem illam maris circa id tempus, & ventorum quaſi inducias, dies halcyonios appellari non eſt obſcurum, quos &

qui maria nauigant, non ignorant. Hanc auiculæ istius historiam, summus vir ille, ac Germaniæ ornamentum singulare, cuius nomen apud omnes bonos est ἐν εὐλογίᾳ, in epistola quadam nuncupatoria ad illustriss. & nunquam satis laudatæ memoriæ Pr. VII. virum Mauricium, Ducem Saxoniæ, P.P. imaginem esse scribit Ecclesiæ nidificantis, tanquam in mari, in magnis & turbulentis imperiis, in quibus aliquantisper Deus & domicilium, tanquam nidum, & tranquillitatem mediocrem piis studiis concedit, vt propagari Euangelium possit. Absque his enim velut induciis foret, (quas immensa Dei bonitas interdum aliquas propter Ecclesiam concedit, fluctibus scilicet maris aliquantisper sedatis, ne fetificantem impediant halcyonem) neque spargi vox Euangelii, neque erudiri adolescentia, neque cœtus hominum possent coalescere. Atque hæc fere, ornamentum illud Europæ singulare, & Ecclesiæ Christi Iesu, ac doctrinæ eruditæ lumen præcipuum, quem iterum honoris causa nomino, Philippus Melanchthon, quę nos in pauciora contrahere breuitatis studio voluimus. Verum enimuero finis tandem huius commemorationis faciendus est, quam pręter opinionem meam huc vsq; produxit argumentum opusculi huius περὶ ζώων ἰδιότητος inscripti, quod explicando animalium naturam, cum proprietatum illarum, quæ hactenus a me indicatæ sunt, attingit nonnullas, & pręter has alia complura exponit: tum non pauca continet ad artem medicinæ pertinentia: συμπάθειαν insuper καὶ ἀπάθειαν, hoc est, coniunctionem atque concordiam animantium quorundam, eorundemque discordiam atque

 discre-

diſcrepantiam ſubiicit: non indigna illa quidem liberali cognitione, & quidem hæc omnia verſibus expoſita Iambicis ſenariis. Quos cum, de voluntate & conſilio prçceptoris mei, magni illius Ioachimi, ante aliquot annos metro Latino redditos, obtuliſſē laudatiſs. memoriæ Principi Auguſto, Duci Saxonię, Romanis Imperatoribus creādis principi ſeptēviro: eorundem nunc recenſionem, ac δευτέρας φροντίδας, quæ Græcorum prouerbio perhibentur σοφώτεραι, illuſtriſſ. Elector, Domine clementiſſime, tuæ Celſitudini nuncupādas duxi. Cum enim non ignorem, Excelſ. tuam omni liberalis doctrinæ atque cognitionis ſtudio teneri; tum perſuaſum mihi habeo, eam ab illius quoque, quæ de naturæ eſt obſcuritate, philoſophiæ tractatione non abhorrere: ad quam ſane pertinet hæc ipſa animalium quaſi hiſtoria. A cuius indagatione ſummos olim Reges & Imperatores minime auerſos fuiſſe, teſtatum fieri poteſt, cum de iis, quæ de Alexandro Magno, orbis terrarum Monarcha, paullo ante meminimus; tum, quæ de Seuero Cæſare prodita accepimus. Is enim Oppiano, pro ſingulis verſibus ἁλιευτικῶν, h. e. operis illius, quo piſcium genera, naturam, & capturam proſecutus eſt, ſingulos nummos aureos numerari iuſſit. Qua ſua munificentia, non indigna Imperatore, tantam operi illi præclaro conciliauit dignitatem atque admirationem, vt poetæ illius carmina in hūc vſque diem aurea nominentur. Quid? quod huius quoque opuſculi, quod latina ciuitate donatum C. T. conſecramus, auctor Philes, poema ſuum nuncupauit Michaeli Palæologo, Imperatori Conſtantinopolitano? Quid? quod Arſenius Monembaſiæ

Archie-

Archiepiſcopus, vnicum eiuſdem, quod extabat, exemplar, protritũ iam vetuſtate atque diſſolutum, poſtquam ſua collegiſſet opera atque cõſarcinaſſet, Carolo V. Imperatori (at quanto principi? qui a ſummorum Imperatorum laude & gloria propius aberat, quam a mediocrium) dedicauit? In tantorum igitur procerum quaſi poſſeſſionem, hac lucubratiunculę meæ dedicatione Celſit. tuam adſciſci, nõnihil meo iudicio honorificum tibi fuerit: cum certum ſit, cum Rempub. tum inprimis eccleſiam, non minora etiam ſibi, quam ab illis, quos honoris cauſa nominaui, vel potius maiora policeri merita & beneficia atque recipere ab Excelſ. tua, iampridem votis & precibus omnium bonorum expectata ad gubernationem piam, ſapientem, ſalutarem, & felicem; ad commune totius Germanię præſidium ac defenſionem, ad bonarum literarum patrocinium, ad religionis denique orthodoxæ ſalutem & incolumitatem. Quarum quidem rerum, in hac dum tenera & recenti gubernatione, præclarum ediditi ſpecimen, cum plurimarum virtutum tirociniis, tum ſingulari erga Academiam tuam benignitate & munificentia; ſubleuatione prȩterea liberali ac benefica piorum ac miſerorum exulum, afflictiſſ. hoc ac pæne deſperato, in patria mea, Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatu, ad Excelſ. tuam ſicut ad aram & ſacrã ancoram confugientium. Quorum tu profecto, quod res loquitur, cum pauciſſimis aliis Germanię principibus, commune es perfugium, aſylum, atque ἀκρόπολις τῆς σωτηρίας. De quo plura nũc a me cõmemorari non eſt neceſſe. Quod autem ad conuerſionis meæ, tã Senariorum Phile, quam auctarii Ioachimi, operam attinet,

tinet, de eo iudicium permitto lectori candido & beneuolo; & in primis Excelsitati tuæ, ab hoc quoque studiorum genere minime abhorrenti. Quicunque vero hęc legendo cognoscere non dedignati fuerint, eos monitos velim, nescii ne sint, in metro Græcorum Phile versuum (in quibus, quod versibus, quos politicos Grammatici nominarunt, vsuuenire solet, nonnunquam syllabarum magis numerum, quam metri rationem obseruatã, erat animaduertere) in illo, inquam, si quæ non constabant; ea mutata esse aliquoties corrigendo ab eo, de cuius hortatu, hunc expositionis laborem quasi vicarium, primum suscepi. Sed & ipse voculas aliquot, quæ in editione Veneta mendose typis descriptæ erant, ex Æliano sanaui: quod haudquaquam vitio mihi versum iri confido. In metro nihil ipse mutaui, ne audiendum mihi esset illud Nasonis:

Quis tibi, sæue puer, dedit hoc in carmine iuris?

Quod si Ioachimo Græcę Latinæque literaturæ parenti licuit, non idem forte licuerit mihi, qui Ioachimus nõ sum. Et, si Eurypylus hoc posset, non posset Æsopus. De illa autem veteris Musicæ, poetices inquam, mutatione ac deprauatione, quę paullo ante ruinam præcessit imperii Græcorum, mihi nescio quid cogitationum suscipienti, in mentem veniebat, quod ex Platone Cicero retulit; *Musicorum cantibus mutatis, mutari ciuitatum status.* Quod vtinam omen a patriæ meæ ceruicibus (quæ in isto graculorum obstrepentium & ranarum coaxantium garritu ac vociferatione, non modo veterem illam philomelæ Musicam dedidicit, sed pæne ἄμουσος facta est) benigne auertat præpotens & misericors Deus.

Sed

Sed nunc non erat his locus, vt cum Oratio loquar, & fortasse satius fuerit in præsentia, vt eiusdem verbis vtar,

——— *male ominatis Parcere verbis.*

Redeo igitur ad illustriss. Cels. tuam, maiorem in modum, quaque possum ac debeo animi subiectione petens, vt hanc compellationis ac dedicationis meæ confidentiam, cuius auctores laudare possim non contemnendæ auctoritatis viros, eo accipiat animo, quo munuscula huiusmodi literarum a literarum & literatorum amantissimo & beneficentissimo principe accipi decet ac par est: atque conatum hunc qualemcumque studii atq; diligētiæ meæ, clementiæ suæ fauore benigne comprobet ac promoueat. Oro autem æternum Deum, patrem Domini nostri Iesu Christi, vt Excels. tuam, rebus omnibus florentem, sub vmbra alarum suarum tueatur, protegat, ac conseruet, suoque sancto spiritu regat ac gubernet, ad consilia sancta & salutaria Reipub. & Ecclesiæ, ad ditioni tuæ subiectorum felicitatem, commoda, atque incrementum, ac doctrinæ eruditæ, atque illibatæ religionis propagationem ac defensionem, per vnigenitum filium suum, θεάνθρωπον, Dominum ac seruatorem nostrum Christum Iesum. Amen.

Illustriss. Cels. tuæ
subiectiss.
Gregorius Bersmanus.

AD GREGORIVM BERSMANVM.
De ſecundâ editione Iämborum PHILÆ.

PHILEN Pelasgus proprietatem Animalium
Prodentem Iämbis, cognitu digniſſimus,
Auctariumque nobilis CAMERARII
Fari Latinê verſibus ſenarius
BERSMANE feciſti, recentique hoc opus
Iam reddis incúdi, bene, aptê, ſcitulê
Tornatum; ut ex mei relatu POSTHII
Accipio. Macte o macte lucubratibus
His laude dignis, & virûm præconiis,
Quos Muſa celſo ſtatuit in cacumine
Heliconis. Vt per te reviviſcunt modò
Animantia iſta, ita tu ſubinde a funere
Redivivus exiſtes iu his Animantibus.

Paulus Meliſſus Franc.
Comes Pal. & Eques,
civis Romanus.

Ode
IOHAN. POSTHII, AVLÆ PAL. EL. MEDICI.
ad eundem.

Instar theatri magnifici cluet
Hic totus orbis, quo sapientiæ
Exempla diuinæ relucent
Conspicuis manifesta signis.
Nam siue cœli vasta volumina,
Et fixa in illis astra micantia,
Simulque contempleris horum
Multiplices sine fine motus:
Seu pulcra terræ germina fertilis,
Et quæ quotannis munera sufficit
Nobisque, brutorumque sæclis,
Alma parens facilisque mater:
Seu pluma amictas versicolore aues,
Passim vagantes per liquidum æthera,
Cantuque mulcentes sonoro
Vsque hominum pecudumque sensus:
Seu quæ pererrant vulgo animantia
Syluas & agros, prataque florida:
Seu pura in vnda lusitantes
Squamigeri generis cateruas:
Hæc protinus nos attonitos iubent
Agnoscere omnes omnipotentiam
Patris supremi, & huius amplas
Ore pio celebrare laudes.
Hoc fine præsens est liber editus,
Quem scripsit olim carmine Iambico

Philes,

Philes, poeta Christianus,
Sanguine progenitus Pelasgo.
Latino eundem transtulit en metro
BERSMANVS, *ingens gloria Apollinis,*
Linguaque præpollens vtraque,
Ceu monumenta docent librorum.
Queis diligentem se Camerarii
Fuisse magni discipulum probat,
Quem fama sublimem superbis
Non moritura vehit quadrigis.
Hunc ergo, lector candide, musicum
Vultu laborem suscipe candido,
Miramque brutorum legendo
Historiam, venerare numen
Ter maximum, quod talia condidit,
Tam mira & illis ingenia indidit,
Humani ad hæc vt obstupescat
Sæpe animi sapiens acumen.

IN EVNDEM.

Bersmane, Aonidum sidus regale sororum;
Actææque idem Pallados acer amor;
Quas tibi quas digne grates aget ordo medentum;
Illaque gens lauri cui folio aucta coma?
Quod cum iam pedem vtrumq; Philes Lethe amne labaret,
Ipsiusq; auida fauce inhiaret aquis;
Non modo eum tuus inde vigil reuocauerit ardor,
Fecerit ac Solis cernere rursus equum;
Verum etiam Ausoniæ decorârit munere vestis,
Atq; vrbis ciuem iusserit esse Remi?
Certe non tantum facto hoc, ter maximam inisti
Gratiam apud doctum Phœbi vtriusq; gregem;
Sed tibi cuncta ligasti operoso Animalia nexu,
Quæq; fouet tellus, æquora quæq; fouent.
Nec leuibus volucrum vlla secat liquidum æthera pennis,
Quin & in ære libens se ferat esse tuo.
Quare sic habeas, moriturum tempore nullo
Illa tua in Græcum tot bene facta Philen:
Hoc sed enim vsq; Orbis triplici victura theatro,
Donec erit piscis, donec & ales erit;
Donec erit serpens, donec pecuina propago;
Donec erunt vates, donec erunt medici.

Ianus Gruterus.

MICHAEL BARTH ANNÆBERGENS. PHILOS. ET MEDIC. Doctor & professor publicus, Lectori.

Collegerat Græcos PHILES *ceu flosculos*
Ex Æliani Aristotelisque siluulis,
Pererrat omne quas genus animantium:
Bersmanus hos miscens Latinis floribus,
Contexuit variam ex eis corollulam:
Sic virgo bella purpureis violas rosis
Alternat, & sertum suo capiti parat.
Tu cui librorum est elegantum copia
Curæ, hac etiam, tibi consulo, corollula
Tuam nitentem Bibliothecam adaugeas.

Tῶ

Τοῦ σοφωτάτου

ΦΙΛΗ ΣΤΙΧΟΙ

ΙΑΜΒΙΚΟΙ

περὶ

ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ.

Sapientissimi

PHILE VERSVS

IAMBICI

De

ANIMALIVM PROPRIETATE.

A

Gregorio Bersmanno Latini facti.

Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου

ΦΙΛΗ ΣΤΙΧΟΙ

ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ,

πρὸς τὸν αὐτοκράτορα κύριον

Μιχαήλ.

Ἐχρῆν Ἀδὰμ μὲν τὸν γενάρχην τὸν μέγαν,
Τοῦ δεσπότου τὴν ἐντολὴν δεδεγμένον,
Τηρεῖν τε καθαρὰν τῆς ψυχῆς τὴν ἀξίαν,
Καὶ θηρίων ἄρχοντα παντοίων μένειν.
Ἐπεὶ φαγὼν δὲ τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως,
Παρευθὺ τὴν τιμὴν ἔγνω καθυβρίσας,
Ἤμειψε καὶ τὸ σχῆμα τῆς ἐξουσίας,
Καὶ θῆρες αἰδοῦς ἀγνοήσαντες νόμους,
Ὡς δυσμενῆ φεύγουσι τὸν πρὶν δεσπότην·
Καὶ τὸν χαλινὸν ἐνδακόντες τοῦ κράτους,
Ῥήσσουσιν οὓς ἔστεργον εὐνοίας βρόχους,
Καὶ ζῶσι λοιπὸν, ἐν ἐρήμοις γῆς τόποις.
Ἐγὼ δέ σοι θήρατρον εὐνοίας πλέκων,
Φυγάδας εἰσήνεγκα τούτους ἐξ ἐρημίας.
Σέθεν γὰρ ἀνατέλλοντος ἡλίου δίκην,
Ὡς εἶπε Δαυὶδ ζωγραφήσας τὴν κτίσιν,
Εἰς μάνδραν ἐχρῆν συνδραμεῖν τούτους λόγων.
Καὶ λίνα ῥυθμοῦ τεχνικῶς ὑφαρμόσας,

Πολλῶν

Sapientissimi ac eruditissimi

PHILE VERSVS DE ANIMALIVM PROPRIETATE, AD IMPERAT. Dn. Michaelum.

NOstræ satorem par erat, propaginis,
Mandato ADAMVM conditoris optimi
Parêre, decus animique seruare integrum,
In belluasque ius sibi datum imperI.
Sed ore postquam contigit Scientiæ
Fatale lignum, honore mox suo excidit,
Decusque tantæ perdidit potentiæ:
Ruptis pudoris atque legibus feræ
Ad instar hostis, pristinum fugiunt herum:
Frenoque roboris prehenso mordicus,
Amata rumpunt caritatis vincula,
Nemorumque pascunt abditis in saltibus.
Sed caritatis implicatas retibus,
Quæ necto versu, sic fugaces retraho.
Te namque solis instar in lucem edito,
Creationem Dauid vt pingens ait,
In septa cogi carminum has oportuit,
Numerique texens ego tibi lina affabre,

Genus volantum multiplex recensui;
Atque omne doctrinæ profundum animo e-
ruens,
Pisces locutionis egi in retia;
Ne cuius, Imperator ô, scientiæ
Hinc allabores nescius pænuria.
Nam quod tributum rege dignius rear
Oenotriæ incluto Imperatoris satu,
Cuiusque naturæ decus præstabile,
Et suauitatis, & facultatis paris,
Animique magnitudinem, & mores pro-
bos,
Humana languet prædicans facundia?
Quæ nec PLATONIS consequatur copia,
Vt nec culex volantis alas vulturis.
Nec omnium vnum si sit os mortalium,
Omni leporis gratiaque præditum,
Genitore dignum quidpiam accinet
tuo:
Quem prædicabit amplius silentio:
Nisi aliquem inanis efferat fiducia.
Quod si noui quid hæc habet narratio,
Naturæ id omne dædalę munus puta.
Cuius recessus scit probe reconditos,
Qui prouide & sapienter omnia con-
didit.
At prodigii inest quicquid his sermonibus,
Ambitio nobis id parit nempe veterum,
Occasionem præbuere qui mihi
Ad ista concinnanda versuum metra.
Haud Græciæ sapientibus, nec barbaris,
Quos fabula autores habet, quosque arbitros.
Fraudi

Πολλῶν πετεινῶν καὶ παρέδραμον φύσεις.
Καὶ πάντα βυθὸν ἐξερευνήσας λόγων,
Συνέσχον ἰχθῦς τῇ πλοκῇ τῆς λέξεως.
Ὡς ἂν ἔχοις καὶ ταῦτα, κἀκεῖνα βλέποις,
Εἴης μαθὼν τ' ἄλλ' εὐτυχὴς αὐτοκράτορ.
Ποῖος γὰρ ἄλλος πρὸς φυῆς μᾶλλον φόρος
Ἄνακτι, πατρὸς αὐσονάρχου φιλτάτῳ;
Οὐ τὴν ὑπερφυῆ τε καὶ ξένην φύσιν,
Καὶ τὸν γλυκασμὸν, καὶ τὸ πρὸς πάντα κράτος,
Καὶ τὸν πλατυσμὸν τῆς ψυχῆς, καὶ τὸν τρόπον,
Ὀκνοῦσιν ὑμνεῖν οἱ κατ' ἄνθρωπον λόγοι.
Νικᾷ γὰρ αὐτοὺς, κἂν παρὼν φράζοι Πλάτων,
Αἰγύπτιος ὡς τοῖσι πτεροῖς τὰς ἐμπίδας.
Μᾶλλον δὲ κἂν εὑρεθῇ πάντων στόμα,
Καὶ πρὸς λόγων ἅπασιν ἀρκέσῃ χάριν,
Προσῆκον οὐδὲν τῷ τεκόντι σε φράσει.
Τῇ γὰρ σιωπῇ, τοῦτον ὑμνήσει πλέον·
Εἰ μὴ θρασυνθὲν εἰς κενοὺς ᾄδοι κτύπους.
Πλὴν εἴ τι καινὸν ἡ διήγησις φέρει,
Τῆς γε φύσεως καὶ τοῦτο τῆς πολυτρόπου·
Ἧς οἶδε σαφῶς τοὺς ἀποκρύφους λόγους,
Ὁ καὶ προμηθῶς καὶ σοφῶς πάντα κτίσας.
Ὅσον γε μὴν ἔνεστι τοῖς λόγοις πέρας,
Τῆς τῶν παλαιῶν τοῦτο γε φιλοτιμίας·
Ἐξ ὧνπερ εὑρὼν τὰς ἀφορμὰς τῶν λόγων,
Τὸν εἱρμὸν ὠργάνωσα τῆς εὐρυθμίας.
Ἕλλησι μὲν γὰρ τοῖς σοφοῖς, καὶ βαρβάροις,
Ὡς δημιουργοῖς καὶ βραβεῦσι πλασμάτων,

Οὐ φορτικὸν τὸ ψεῦδος, ἀλλ' αὐθεύθυνον.
Ἡμῖν δὲ δεινὸν τοῖς τιμῶσι τὸν λόγον,
Ὅς ἐστι φῶς, ἄνωθεν ὠθοῦν τὸ σκότος.

Περὶ ἀετῶν.

Τοὺς αἰετοὺς, κράτιστε, τοὺς ὑψιδρόμους,
Πωτοῦ θεωρῶν ἀκριβῶς ὑπερτέρους,
Τέθηπα τὸν κτίσαντα τὴν τούτων φύσιν.
Εὗρον γὰρ αὐτοὺς ὡς κρατίστους ὀρνίθων,
Παθῶν ἐπαχθῶν εὑρεθῆναι κρείττονας.
Πλὴν ὀξυδερκής ἐστιν ὁ πτηνοκράτωρ,
Καὶ μέχρι σητὸς, ἐκ νεφῶν πάντα βλέπει.
Τούτου δὲ καὶ τὸν ῥοῖζον ἀκούσας δράκων,
Ἔπηξέ τε παράχρημα, καὶ συνεστάλη,
Καὶ τοὺς μυχοὺς ὑπῆλθε τοὺς ἀποκρύφους,
Μὴ θᾶττον αὐτὸν συλλαβὼν διασπάσῃ.
Θηρᾷ δὲ καὶ τὸν χῆνα, καὶ τὴν δορκάδα,
Καὶ τὸν λαγωὸν, καὶ τὸ τῶν ταύρων γένος.
Ὃς τοὺς νεοττοὺς ὄντας ἀπτῆνας τέως,
Ἐπὶ ξένην βάσανον ὡς νόθους ἄγων,
Ποιεῖ δικαστὴν πρακτικὸν τὸν φωσφόρον.
Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ ταῖς βολαῖς ἀντιβλέπων,
Τῶν φιλτάτων τίς ἐστι, καὶ τῶν ἐκκρίτων,
Ὀφθείς γε καθαρὸς δυσγενοῦς ὑποψίας.
Ὁ δ' αὖ πρὸς αὐτὸν σκαρδαμύξας, εὐθέως
Ἀλλοτρίου τόκος τ' εὑρέθη σπέρματος,
Καὶ τῆς καλιᾶς δυστυχῶς ἀπεκρίθη.
Εἶναι δέ που λέγει τις, ἀετοῦ γένος,
Κρεῶν ἀφεστὼς, καὶ σιτούμενον χλόης.

Θήρας

Fraudi est vitioque vertitur mendacium.
Sed non idem nobis licet reuerentibus
Orationem, quæ fugat caliginem.

1. De Aquilis.

Aquilas videns, ô Imperator, cæteris
Librare corpus altius volucribus,
Demiror harum fabricatorem Deum,
Inter volantum qui genus fortissimas
Molestiis exemit efferens humo.
Nil præpetis nil lumine huius acutius,
Tineam remotis quæ tuetur nubibus.
Clangore cuius illico audito Draco
Horrescit atque percitus formidine
Subit latebras & specus absconditos,
Rapacibus ne præda fiat vnguibus.
Hæc anseres, venatur hæc & capreas
Leporemque, taurorumque robustum genus.
Pullosque nondum pluma quas conuestiit
Instar nothorum examini sistens nouo,
Lucis satorem iudicem Solem facit,
Iubarque mandat lumine aduerso pati.
Quod si quis acie non retorta sustinet,
Suspicione degeneris vacat satus.
Conniuet at qui lumine refugo, notham
Se prodit ipsus degenere prolem metu,
Nidoque paulo post relegatur miser.
Sed esse quædam fertur aquila carnium
Quæ se abstinens ab esu, oleribus victitat:

Cum

Cum præter illas carniuora omnem re-
ſpuat
Paſtum: futuræ quæ timens pænuriȩ,
Ritu leonis anhelitus graueolentia,
Seruans adeſi portionem edulii,
Volucrum tuetur agmine a circumfluo,
Quod repetat ipſa poſt laborans inedia.
Non huius alarum ferant commercium,
Pennæ volantum ceterarum, repoſitæ
Grauida ſagittis in pharetra, clam viro.
Vt exigas, Rex, huius, oro, ſecula,
Semper vireſcens, integerque viribus.

11. De Vulturibus.

Alatus eſt, & vaſtus, atque quadru-
pes
Vultur, pedumque armatus vncis vngui-
bus.
Aduerſa cuius purpura eſt veſtita pars,
Poſtica niue; nigrore pellis tingitur,
Ignemque binæ luminum fundunt faces.
Cuius caput & os ſi quis eminus videt,
Aquila eſt, ait, falſus doloſa imagine.
Sed quis futuri præſcios ipſos neget?
Quod expeditos proſequuntur milites,
Præſenſione ſtragis, atque corporum
Bello iacentum conciti improba fame,
Genus famelicum, & rapax, & futile,
Vnguenta nec pati valens, ceu canthari.
Non maſculos hoc fert genus, ſed femi-
nas,
Quas Auſter implet, influens hiantibus:
Cuius recepto ſpiritu, poſt tertio

Θήρας γε μὴν ἐκεῖνος ὁ κρεωβόρος,
Ὅλως ἂν οὐκ ἅψαιτο τῆς ἀλλοτρίας.
Ἐν ἄσθματι δὲ φυσικῆς ἔθεν δυσοσμίας,
Τὰ τῆς τροφῆς λείψανα τηρῶν ὡς λέων,
Παντὸς πετεινοῦ δυσμενοῦς εἴργει θράσος,
Ὡς ἂν ἐπ' αὐτὰ δυστυχῶν ὑποστρέφοι.
Πτερὸν δὲ πᾶν ἔφθειρεν ἡ τούτου πτέρυξ,
Ἂν ὁ πτερωτὴς τῶν βελῶν τοῦ τοξότου,
Λαθοῦσαν αὐτὴν εἰς φαρέτραν ἐμβάλῃ.
Τούτου σὺ βασιλεῦ τὸν πολὺν ζώοις βίον,
Ἀεὶ νεουργῶν καὶ κρατύνων τὴν φύσιν.

Περὶ Γυπῶν.

Γὺψ ὁ πτερωτὸς, καὶ πολὺς, καὶ πετράπους
Ὄνυχας ὀξεῖς τῶν ποδῶν ὑπεκφύει,
Καὶ πορφυροῦς μὲν ἐστὶ τοῖς ἐμπροσθίοις,
Τὰ δ' ἄλλα λευκὸς, τὴν γε μὴν δέρριν μέλας·
Καὶ πῦρ χέων ἄντικρυς ἐκ τῶν ὀμμάτων.
Οὗ τήν τε κεφαλήν γε, βασιλεῦ, καὶ τὸ στόμα
Κἂν μακρόθεν βλέπῃ τις, αἰετὸς λέγει.
Πλὴν μανικὴν ἔχουσιν οἱ γύπες φύσιν.
Καὶ γὰρ συνεκδημοῦσι τοῖς μαχουμένοις,
Τῶν σωμάτων ἐλπίδι πεσουμένων τότε.
Μεμήνασι δὲ τῇ φορᾷ τῶν λειψάνων,
Ὡς ὀξυπεῖναι, καὶ σπαράκται, καὶ βλάκες,
Οἱ τῷ μύρῳ θνήσκουσι, κανθάρων δίκην.
Θῆλυς δὲ πᾶς γὺψ, καὶ ἀσπορᾶς αὐτὸ κύει.
Χαίνων γὰρ ἀντίπρῳρος ὕψους πρὸς νότον,
Συλλαμβάνει τὸ πνεῦμα, καὶ τρίτου χρόνου,

Στρουθοὺς

Στρουθοὺς πτερωτοὺς ἄρ ἀπὸ μήτρας ἐξάγει.
Οἳ ζῶσιν εὐθὺς ἐξ ὀνύχων ὑπάγων,
Πνίγους καλιῶν εὑρεθέντες κρείττονες.
Τοὐναντίον δέ φασι τοὺς αἰγυπτίους
Τίκτοντας ὠὰ τῇ σπορᾷ τῶν ἀρρένων,
Εἰς τὰς καλιὰς τοὺς νεοττοὺς ἐκγλύφειν,
Ἀγαθῆς τε ῥώμης καὶ πτερῶν ἀλλοτρίους.
Εἶναι δὲ καὶ τοὺς μέλανας ὡς Αἰγυπτίους.

Περὶ τῆς μεγάλης στρουθοῦ.

Στρουθὸν δέ φασι τὴν μεγάλην οἱ Φρύγες
Οὖσαν πτερωτὴν, τοῖς ποσὶ χρῆσθαι πλέον.
Ὤκιστα γὰρ θέουσαν εἰς ἄρσιν μέσην
Κολποῦν ἑαυτῆς τὰ πτερὰ πρὸς τὸν δρόμον,
Ὡς λαῖφος οἰδοῦν ἐκ πνοῆς πλησιστίου.
Ὠῶν δὲ συχνῶν εὑρεθεῖσαν ἐργάτιν,
Τὰ μὴ καθαρά γε τῆς γονῆς ἀποκρίνειν.
Ὅσους γὰρ ἐξέλειψεν ἡ ζέσις τόκους,
Ἐν τοῖς ἀπορρεύσασι κυλίνδροις τρέφειν·
Καὶ τῶν διωκτῶν γειτνιώντων ἀθρόον,
Ῥιπτεῖν κατ' αὐτῶν τοὺς ὀπισθίους λίθους,
Τοῖς ἐκτιναγμοῖς τῶν ποδῶν τοῖς εὐστόχοις·
Καὶ τὴν καλιὰν τοῖς ποσὶν διαγλύφειν
Εἰς ἀνέχουσαν ψάμμον ἐν τῷ δαπέδῳ.
Ἧς καὶ τὰ νεῦρ' ἐστὶ, βασιλεῦ, καὶ τὸ στέαρ,
Πολλῶν ὀδυνῶν εὑρεθῆναι φάρμακα.
Ταύτην δ' ἔτ' ἀνατεμών τις εὑρήσει λίθους,
Οἳ τοὺς πόνους θραύουσι τῆς ὀφθαλμίας.

Dant vere partus, semine absque comparis.
Qui septa nidi non ferentes, illico
Victum rapina comparant ex vnguium.
Sed non idem hoc vsuuenire Ægypiis
Existimatur, oua qui maris satu
Dant: de quibus nec viribus, nec tegmine
Pares priorum procreantur vultures,
Nigro colore, ceu Phari gens accola.

III. *De magna Struthione.*

Cum penniger sit, vtitur pedibus tamen
Magis marinus passer, vt Phryges ferunt.
Vrgensque cursus, alleuatas explicat
Alas, vt implens has Notus, ceu carbasa,
Ipsum secundo prouehat spiramine.
Cumque oua pariat copiosa, segregat
Quæ procreando sunt inepta fœtui.
Exclusit at quæ vi calor genitabili,
Hæc defluente nutrit in testa fouens.
Quod si quis insectetur illum cominus,
Lapidum repellit impetens hunc verbere,
Iaculationibus pedum non irritis.
Hic eminentem super arenam construit
Nidum, pedibus quem format affabre in solo.
Eiusque nerui, Rex, adepsque plurimos
Leuant dolores vtili medicamine:
Oculisque tollunt ægritudinem, cauo
In ventre dissecti reperti calculi.

iv. *De Ardeis.*

Est Græciæ insula, ardearum nutriens
Generosum & inclytum genus: quod res docet.
Quos namque natione barbaros vident,
Fugiunt perosos, ceu volantes ceteras.
Sin Græcus istic applicet ratem aduena,
Comes huic præbent se, huic amabiles,
Gratantis obuiam agminis factæ choro;
Alasque pandunt, mutuo vt amici manus.
Vsuque si propiore eis consueuerit,
Non maleuoli manus peregrinas amant.
Sic beneuolentiæ magistros alites,
Implumibus dat insula isthæc aduenis.

v. *De Coruo.*

Sæua laborantem siti coruum ferunt
Æstate torreri furente impensius,
Tragicis laborem prodat hunc vt questibus.
Os huic futuri sæpe fertur præscium.
Sed hoc fide dignum est, quod oua eius pilos
Permista myrto denigrant. At, qui suas
Adulterat tali comas medicamine,
Adipem ore contineat oportet, ne simul
Album nigrescat dentium cum crinibus,
Infectione hac contrahens nigredinem.
Securus idem amoris erga liberos
Quos edidit propaginis spem, nequiter
Hos pascit: at famelicis, ieiunio
Vrgente, comedendum exhibet se annis grauis.

Περὶ Ἐρωδιῶν.

Ἐρωδιοὺς νῆσος τὶς ἑλληνὶς τρέφει·
Οἳ τὴν ἑαυτῶν εὐγενίζοντες φύσιν,
Ὅσους μὲν οἶδ᾽ ἂν ἴδωσι δεῦρο βαρβάρους,
Μισοῦσι καὶ φεύγουσιν ὡς πλέον γένος.
Ὅταν δέ γε κατάρῃ τὶς ἐκ τῆς Ἀτθίδος,
Εἰσὶ προσηνεῖς, καὶ φιλέλληνες πάλιν.
Εὐθὺς γὰρ αὐτῷ προσδραμόντες ἀθρόοι,
Τείνουσι τὰς πτέρυγας, ὡς χεῖρας φίλοι.
Κἂν οὗτος αὐτοῖς ὡς ἐθὰς προσεγγίσῃ,
Στέργουσιν ἐπαφὴν εὐμενοῦς ἀλλοτρίου.
Οὕτω πτερωτοὺς τοῦ φιλεῖν διδασκάλους
Τοῖς ἀπτέροις δίδωσιν ἡ νῆσος ξένοις.

Περὶ κόρακος.

Διψῆν δέ τοι τὸν κόρακα φασὶν ἐκτόπως,
Θέρους ἐν ἀκμῇ δυστυχῶς πεφρυγμένον,
Ὡς καὶ τραγῳδεῖν ἐξ ἀνάγκης τὸν πόνον,
Καὶ μανικὴν τὸ φθέγμα πολλάκις γ᾽ ἔχειν.
Πλὴν τοῦτο πιστὸν, ὡς μελαίνει τὰς τρίχας,
Τοῦ κόρακος ᾠὸν συντεθὲν τῇ μυρσίνῃ.
Χρὴ μέν γε, βασιλεῦ, τὸν δολοῦντα τὴν κόμην,
Μύσαντα τῷ στόματι τότε συνέχειν στέαρ,
Μὴ καὶ τὸ λευκὸν τῶν ὀδόντων αὐτίκα
Τραπὲν μελανθῇ, τῆς βαφῆς προηγμένης.
Κόραξ δὲ κακῶς τοὺς κακοὺς τόκους τρέφων,
Οὓς αὐτὸς ἐξέλειψε τοῦ γένους χάριν,
Ὅταν ἐπιστῇ καὶ βραχὺς πείνης χρόνος,
Βορὰν ἑαυτὸν τῆς γοναῖς αὐτῆς φέρει.

Περὶ

Περὶ Πελαργῶν.

Ἀλλ᾽ οἱ πελαργοὶ τοὺς ἑαυτῶν φιλτάτους
Ἐν ἀφθόνοις τρέφουσι ταῖς χορηγίαις·
Καθὼς ἐρωδιοί τε, πελεκαῖες θ᾽ ἅμα.
Οἱ φίλτατοι δὲ τοὺς γονεῖς μετὰ χρόνον
Ἀντιτρέφουσιν αὖθις, ὡς εὐεργέτας.
Τροφὴν δὲ τὴν ἐχθὲς, ἀνεμοῦσι τήμερον,
Πρόσφατον οὐκ ἔχοντες, εἰ τύχοι, τρύφος·
Καὶ δευτέραν τράπεζαν ἐξερασμάτων,
Ἡ φύσις αὐτοῖς ἐξ ἀνάγκης ἀρτύει.

Περὶ Ταῶνος.

Πτεροῖς ὁ ταὼς γαυρελῶν πολυχρόοις,
Λοξῶς ἀνακλᾷ, καὶ σοβεῖ τὸν αὐχένα·
Καὶ τοὺς θεατὰς ἐκφοβῶν ἀκινδύνως,
Κτυπεῖ μεταξὺ τοῖς πτεροῖς, ὡς ἐνόπλιος,
Ὅτι κρεμαστὸν γωρυτὸν στρέφων τρέχει.
Κἀνάπαλιν αὐτοὺς ἑστιῶν ἐκ τῆς θέας,
Πτέρωσιν αὐτοῦ τὴν κατόπιν ὑπανιστάνει.
Ἣν σφαιροποιῶν, καὶ σοφῶς ἐπικλίνων,
Ἀκμὴν θερινῆς φλεγμονῆς ἀποστέγει.
Καὶ πνεῦμα λεπτὸν τοῖς πτεροῖς διαρρέον,
Ἀναψύχει τὸν ὄρνιν ἐξοπισθίου.
Ἀλλ᾽ ὦ σὺ βασιλεῦ, μὴ παρέλθῃς τὴν θέαν.
Λειμὼν γάρ ἐστιν ἡ γραφὴ τῶν ἀνθέων,
Χρυσὸς δὲ λεπτὸς ἐγχυθεὶς τῇ πορφύρᾳ,
Σμάραγδον ἁγνὸν ἐμφυτεύει τῇ κράσει,
Καὶ σύνθετον φῶς, καὶ πτερωτὴν αἰθερίαν,
Ἀκτῖσι φυσικαῖς μειδιῶσαν συνίσι.

VI. *De Ciconiis.*

Verum Ciconiæ, perinde ac Ardeæ
Et Pellecani, quos habent carissimos
Pullos, opipara nutriunt alimonia.
Sed hi viciſſim beneficos alunt ſuos,
Rurſus relata gratia parentibus.
At deſtituti copia victus noui,
Reuomunt, quod aluus pridie ingeſſit volans:
Menſamque, re poſcente, natura alteram
Ipſis vomitionum hanc parat de reliquiis.

VII. *De Pauone.*

Colore pennarum ſuperbiens auis
Iunonis, inflexam rotans ceruicem agit,
Metuque ſpectantes inani territat:
Alis crepans, ceu miles armis horridus,
Aut qui pharetram concutit telis grauem.
Mox rurſus ad ſpectaculum inuitans eos,
Poſtica pandit carbaſa alarum erigens:
Quibus reflexis inſtar orbis callide,
Pennis opacans ſemet, æſtum reprimit:
Atque aura perflans tenuis, & ſpirabilis,
Exæſtuantem retro auim refrigerat.
Sed præter hoc ne, Rex, eas ſpectaculum,
Coloribus quod floridum pratum refert,
Aurumque perfuſum liquore muricis,
Auroque viridis inſitum gemmæ iubar,
Æthræque pennatam ſerenitatem agunt
Radii comantes propriis fulgoribus,

Typosque præ se luminum pennæ ferunt
Micantium, mutantiumque perpetim,
Quibus varietatis sibi asciscit decus,
Quod imaginum seruit prehensionibus.
At si pedes hinc forte rugis horridos
Aspexit ales nobilis, superbiam
Ponit, stupore percitus, & audaciam,
Laudationis gnarus applaudentium,
Opes quibus laudatus ostentat suas.
Sed ante non has prodit annum tertium,
Coloribus nec ante plumarum nitet.

VIII. De Pelecanis.

Concham Platea viscerum immersam sinu
Reuomit, carunculamque testis eximens,
Hinc esculenta rite colligit sibi.
Nam claustra postquam fregit aluus percoquens,
Hiscunt plicæ, quas nexuit, conchilium.
Quod idem Ardeæ præbere victum creditur,
Reiecit ore pondus vt testarum iners.

IX. De Cygno.

Leto imminente Cygnus harmonicum melos,
Nectit, supremum carmine excipiens diem,
Mortemque vita tutiorem iudicans.
Erecta sursum namque pennarum seges
Attemperatos callide neruos refert,
Quos Zephyrus impellens velut plectrum ferit.
At ipse colli multiformi barbito
Concinnat arte cantuum melodias,

Queis

Τοῖς δὲ πτεροῖσι καί τινας ἀθρήσας τύπους,
Εἰς ὀμμάτων μίμησιν ἐκπεπτασμένων.
Οἷς κλέπτεται τὸ χρῶμα τῆς ποικιλίας,
Κινοῦν ἑαυτὸ πρὸς λαβὰς ἰνδαλμάτων.
Συστέλλεται δὲ καὶ κατασπᾷ τὸν τῦφον,
Ὁρῶν δυσειδεῖς ἐκ ῥυτίδων τοὺς πόδας,
Ταὼς ὁ θερμὸς ὄρνις, καὶ θρασὺς τέως.
Αἰσθάνεται δὲ τῆς τιμῆς καὶ τῶν κρότων,
Οὓς ἄν τις αὐτῷ πρὸς φυῶς διαπλέκοι.
Ἔτους δὲ συντίθησι τὴν ὥραν τρίτου,
Τῇ κατὰ μικρὸν τῶν πτερῶν καταστάσει.

Περὶ πελεκάντων.

Κόγχην δὲ πελεκὰν ἐμβαλὼν τοῖς ἐγκάτοις,
Κἀνάπαλιν αὐτὴν ἐξενεγκὼν, ὀστράκοις
Τὸ σαρκίον βέβρωκε ληφθὲν εὐστόχως.
Τοῦ γὰρ τόνου θλάσασα τὰς κλεῖς ἡ ζέσις,
Ἔλυσεν ἃς ἔσφιγξεν ἡ κόγχη πτύχας.
Ἐρωδιῷ δέ τε καθ' ἅπαντος ὀστρέου
Τοῦτ' ἔργον ἐστὶ, συντελοῦν εἰς τὸν βίον.

Περὶ κύκνου.

Κύκνος δὲ θανατῶν, ἐμμελεῖς φθόγγους πλέκει,
Καὶ τῆς τελευτῆς δεξιοῦται τὸν χρόνον,
Τοῦ ζῆν τὸ θνήσκειν ἀσφαλέστερον κρίνων.
Ἀνίσταται γὰρ τῶν πτερῶν ἡ πυκνότης,
Νεύρων τάσιν γ' ἔντεχνον ἐκμιμουμένη.
Καὶ πλῆκτρον εὐθὺς ὁ ζέφυρος ἐπιγίνεται.
Αὐτοῦ δὲ φυσικῷ τοῦ τραχήλου βαρβίτῳ,
Κινεῖ τὸν εἱρμὸν τῶν μελῶν ὁ τεχνικὸς

Πανηγυριστὴς εὑρεθεὶς τῆς ἐξόδου.
Βακχεύεται δὲ ταῖς ἀπίστοις ἐλπίσι,
Ποθῶν ἀτεχνῶς τὴν φθορὰν ἐπιτρέχειν.
Ἄνθρωπε σὺ φιλόψυχε τὸν κύκνον βλέπων,
Πρὸς τὴν τελευτὴν, εἰ φρονεῖς, μὴ στυγνάσῃς.

Περὶ Γεράνων.

Τίς ἐστι τῶν γεράνων στρατιὰν ὃς ὁπλίσας
Θεσμοῖσι φυσικοῖς, καὶ πτεροῖς ὀξυδρόμοις,
Ἐπὶ τὰ κατ' Αἴγυπτον ἀπεξάγει μέρη,
Τὸ τοῦ κρύους φεύγουσαν εὐτέχνως βέλος;
Ὃ κρύπτεται μὲν ὡς φαρέτρα Θρᾳκικῇ,
Λυμαίνεται δὲ τὴν ὑπόπτερον φύσιν,
Ὑπαιθρίοισι πνεύμασ' ἐστομωμένον.
Τίς ἕρμα ποιεῖ τῇσι γεράνοις τὰς λίθους,
Ἃς ἐγκαθειργνύουσι τοῖς παραλαιμίοις,
Πρὸς τὰς ὑπὲρ γῆς ἐμβολὰς τῶν πνευμάτων;
Δεδοίκασιν γὰρ ἐκ τροπῆς ἀταξίαν,
Ὅταν ὁ ταρσὸς τῶν πτερῶν τοῖς ὀρνέοις
Ἔρημον ἰχνῶν ἐκτέμῃ πατάγων τρίβον,
Εἰς ὁρμαθὸν τρίστοιχον ὀξυγωνίου.
Τίς αὖθις αὐτῶν ἐκδοθείσας τὰς λίθους,
Ὅταν ὁ μακρὸς τοῦ πτεροῦ λήξῃ δρόμος,
Ποίησε κριτικὰς τοῦ χρυσοῦ τοῖς ἐμπόροις;
Ὅταν δὲ καθεύδωσι ῥᾳστώνης χάριν,
Ποίου στρατηγοῦ τακτικοῦ γνοῦσαι νόμους,
Εἴργουσι πᾶν ἔξωθεν εἰς τὸ πλέον δέος,
Σωτῆρσι πιστοῖς, καὶ σκοποῖς ἀνεσπέροις·
Οὓς τίς πάλιν ἔπεισε παρ' ἄλλοις λίθοις

Ἀσκωλιά-

Queis nænias sui celebrat funeris.
Bacchatur autem spe (quod haud credas
ferè)
Desideratæ mortis, horam sub necis.
Tu cui nimis vitæ est amor cordi, videns
Cygnum, supremum desinas queri diem.

x. *De Gruibus.*

Quis est, grues qui militaris agminis
Ritum docet, Memphitidisque ad vltimas,
Cursus per auras incitati remige,
Abducit oras, frigoris fuga horridi?
Reconditum quod Thracica telum velut
Pharetra, volucrem lædit, erumpens cita
Vi flaminum, queis ingrauescit acrius?
Quis verò easdem deuorati pondere
Lapidis, carinas ceu saburra degra-
uans,
Aduersus incursum Noti firmat fe-
rum?
Cuius repulsæ flatibus, suam timent
Aciem volantum dissipari, quòd viam
Vestigiorum non legat tritam sequens
Agmen, triquetri instar cum acutis an-
gulis.
Quis cursibus longi peractis itineris,
Quos tum lapillos euomunt, hos indices
Auri dedit mercantibus, vires docens?
Ast vbi quietem ceteræ noctu trahunt,
Legem tenentes peruigilis exercitus,
Arcent pericli quidquid imminet foris,
Circum fideli tegmine excubantium.
Quas alteri innixas pedi, quis altero

Iussit lapillum sustinere gnauiter?

XI. De Perdicibus.

Libidinosum est, feminæque amans, genus
Perdicum: in ouis namque formatum necat
Fœtum parens, dum prouolutam hostiliter
Testam refringit ante tempus, & necat,
Soluitque quod natura rite nexuit
Corruptor amens, coniuge vt potirier
Matrum remotis possit inde sordibus.
Amore prolis, clam viro, quæ paruulos
Fœtus, futuræ spem educant propaginis,
Calore plumarum fouentes iugiter,
Præ cæteris quos diligunt impensius.
Quod ni fieret, ac liberocidarum iis
Vis præualeret, perditum hoc iret genus.
Sed masculorum aliqui minus sunt tetrici,
Parientium quos coniugum tangit dolor;
Quarum miserti, pariter ouis incubant,
Gaudentque consuetudine hac cohors salax,
Pullosque pascunt affatim, postquam calor
Hiulca fracto rupit oua tegmine.
Quid, quod metu trepidos, vt est paruo hoc genus
Animo, tumultus forte si quis ingruat,
Ac frigore horrentes breui sub tegmine,
Super explicato contegunt velamine
Alarum, & amplexu fouent amabili?
Quod si dolos auceps struat quis paruulis,
Arte exeunt manum parantis retia

Ἀσκωλιάζειν εἰς ἀκάματόν γε στάσιν;

Περὶ Περδίκων.

Λάγνον δὲ τὸ φιλόθηλυ περδίκων γένος·
Τὰ γάρ τ' ἐν ὠοῖς ὀργανούμενα βρέφη,
Συγκλῶν ὁ τῇ στροφῇ πατὴρ τῶν ὀστράκων,
Κτείνει πρὸ καιροῦ δυσμενῶς καὶ συγχέει·
Αὐτήν τε φυσικὴν ὁ φθορεὺς λύει σχέσιν,
Ὡς αὖθ' ἐπ' αὐτῆς εὐθυμῇ τοῦ συζύγου,
Τὰ μητέρων τυρβάσματ' ἐκ μέσου τιθείς.
Πολλαὶ δὲ εἰσὶ φιλότεκνοι τῶν μητέρων,
Αἳ τοὺς τόκους κλέπτουσι τοῦ γένους χάριν·
Καὶ τῶν πτερῶν θάλπουσι τῇ ζέσει κρύφα,
Καὶ τοὺς ἑαυτῶν εὐτυχοῦσι φιλτάτους.
Εἰ γάρ τ' ἐπεκράτησαν οἱ παιδοκτόνοι,
Τῶν περδίκων ἔρημος ἦν ἂν ἡ κλίσις.
Εἰσὶν τινὲς δὲ καὶ γλυκεῖς φυτοσπόροι,
Οἳ καὶ συνωδίνουσι ταῖς θηλυτέραις,
Ἠδὲ συνεπωάζουσιν ἐξ εὐσπλαγχνίας,
Καὶ συνδιατρίβουσιν ἐξ ἀπληστίας,
Καὶ τοὺς νεοττοὺς ἑστιῶσιν ἀφθόνως,
Ἂν τῶν πνιγηρῶν ἐκραγῶσιν ὀστράκων.
Προσέτι δὲ καὶ πλήσσοντας ὡς μικροψύχους,
Εἴ τις θόρυβος αὐτοῖσιν ἐμπέσῃ ποτὲ,
Ψύχει τε τοὺς κάμνοντας, ὡς βραχυπτέρους,
Ἁπλοῦντες εὐθὺς τὴν καταπτέρον στέγην,
Σφίγγουσι καὶ θάλπουσιν ὡς ἐρασμίους.
Κἂν ὀρνιθευτὴς ἐκταράξῃ τὰ βρέφη,
Τέχνῃ σοφῇ νικῶσιν οἱ φυτοσπόροι,

Τῶν μητέρων τὸ φίλτρον ἐκμιμούμενοι.
Χαλῶσι μὲν γὰρ τὸ πτερὸν παραυτίκα,
Εἰλούμενοι παραὶ δὲ τοὺς τούτου πόδας,
Δοκοῦσι μικροῦ συμπατεῖσθαι ταῖς τρίβοις,
Καὶ τὴν φυγὴν κλέπτουσι τῶν ζητουμένων·
Τοὺς μὲν ἀπατηλοὺς ἐξελίττοντες δρόμους·
Καὶ τοὺς ἀπαγεῖς οὐκ ἐῶσι φιλτάτους
Εἰς χεῖρας ἐχθροῦ συμπεσεῖν, ὡς ἀπτέρους.
Ὁ γάρ τ' ἐφιστὰς εἰς κενὸν τὰς ἐλπίδας,
Ἀφεὶς τὰ μικρὰ, πρὸς τὰ μείζονα τρέχει,
Μόλις γε μὴν φεύγουσι τὴν τυραννίδα,
Μᾶλλον δὲ τὴν ὕποπτον ἐντεῦθεν βλάβην.
Μετὰ δέ γε μικρὸν, ἐν καλῷ στάντες τόπου,
Τὰ στικτὰ συλλέγουσι μακρόθεν βρέφη,
Τῇ τῶν ἐφολκῶν μουσικῇ προσφθεγμάτων.
Καὶ τὴν καλιὰν τὴν καλουμένην ἅλω,
Βασιλεῦ, ὁ πέρδιξ ταῖς γοναῖς διαπλέκει,
Καὶ θαυμαστόν τι χρῆμα, καὶ τέχνης γέμον.
Ξύλοις γὰρ αὐτὴν μαλθακοῖς ὑφαρμόσας,
Ἐκεῖ θάλαμον ἀπέφηνε μικροῦ τὴν στέγην.
Λαβὼν δέ τ' ἐνταῦθ' ἐγκαθίζει τοὺς τόκους·
Οἷς καὶ κόνιν μάλιστα λεπτὴν ἐγχέων,
Τὸ κάλλος οὕτω τὸ φυσικὸν ἀναφαιδρύνει.
Καὶ γῆν παρεισθεὶς πορφυρᾶν πρὸ τοῦ τρύφους,
Ὡς ἡ πελειὰς ἁλμυρίδα τοῖς τόκοις,
Τοὺς κακοσίτους, ἄρ' εὐσίτους εἰργάσατο.
Οὐκ ἀναμένουσι τὰς λοχευτρίας δ' ἔτι
Πρὸς τὴν ποθεινὴν ἐκγλυφὴν τὰ νήπια·

Αὐτὰρ

Matrum mares affectionis æmuli.
Nam vela laxant callide alarum, pedes
Eiusque iuxta prouoluti, debiles
Gressus pigris præ se ferunt incessibus,
Votumque deludunt iners quærentium,
Fallace cursus subdoli glomeramine.
Nec hostis in manum sinunt carissimam
Prolem inuolucrem incidere, nec firmam satis.
Nam lautioris ductus auceps spe lucri,
Pullis relictis, grandioribus inhiat.
Ast hi cruentas aucupis postquam manus
Fugêre, discrimenque mortis imminens:
Paulum morati, destitutos a suis
Pullos citant, tutis procul recessibus,
Clamore cantus colligentes illicis.
Quid fabricam nidi loquar mirabilem,
Artisque plenam, Rex, in areæ modum,
Partu imminente fetibus quem construunt?
Nam surculis vbi hunc adaptauit parens,
Cubile collocat casæ intra limites,
In quo reponens oua, puluerem super
Tenuem ingerit, pullis lauacrum idoneum,
Quo proprium polit decus purgamine.
Terramque purpuream dapum apponit loco,
Ceu pullulis salsuginem liuia suis,
Vt demat illis hac cibi fastidium.
At obstetrices non morantur paruuli,
Ad expetitum quæ ferant opem exitum:

Sed perforant circum quod eſt tegmen
foris,
Iactationis atque motus impetu.
Namque ante tempus geſtiunt procurrere,
Parum eminentes & mouentur amplius,
Ouique fracto protinus munimine,
Mox caccabantium euolat manus leuis,
Ferturque greſſus impigro conamine.
At feminarum nuptiis caſſum genus
Virorum, in iram tranſit implacabilem,
Cientque cognatæ aſperum prœlium acies,
Ineuntque victos improbo ludibrio.
Fama eſt, dies ſeptem vterum iis geſta-
rier,
Fœtumque poſt ſeptem editum dari dies,
Totidemque pullos educari paruulos,
Nidumque conſtrui:fidem ſi quam aucu-
pum
Sermo meretur,iſta prædicantium:
Atque eſſe obedientiæ hoc capax genus,
Si quis domi educet:inque clauſtris carce-
rum
Geſtire cernitur.Sed haud fiat cicur
Perdice breuior Syroperdix,ac niger,
In viſcera eſu qui lapillos ingerit.
Sed ventre perdix ſi recondat allium,
Huius quidem paſtu leuat ieiunia,
Subinde ſed torquetur æger nauſea.
Quod ſi capeſſat arma mas in æmulum,
Præſente perdix coniuge, acrius mouet
Bellum: vſque ſic auarus ille gloriæ,
Deuictus erubeſcit in certamine.

Αὐτὰρ περιῤῥήσσουσι τὴν ἔξω σκέπην,
Ἐν τοῖσι τῶν σφαδασμάτων ὑποκρούμασι·
Ἐπείγεται γὰρ ἐκδραμεῖν πρὸ τοῦ χρόνου,
Καὶ μικρὸν ἐκκύπτοντα κινεῖται πλέον,
Καὶ θλίβεται μὲν δυσχερῶς τὸ θεραγγίον,
Ἐξίπταται δὲ, καὶ βαδίζει, καὶ τρέχει
Ἰσχνῶς τὰ λεπτὰ κακκαβάζοντα βρέφη.
Τῶν θηλέων δὲ μὴ παρόντων εἰς γάμον,
Χωρεῖ πρὸς ὀργὴν ὁ χορὸς τῶν ἀῤῥένων.
Ἐμφύλιον δὲ συγκροτήσαντες μάχην,
Οὕτως ἐνυβρίζουσι τοῖς νικωμένοις.
Ἐν ἡμέραις δέ φασιν ἑπτὰ μὲν κύειν,
Καὶ τοὺς νεοττοὺς ἐν τοσαύταις ἐξάγειν·
Πάλιν δέ τ' αὐτοὺς ἐν τοσαύταις ἐκτρέφειν,
Καὶ τὴν καλιὰν ἐν τοσαύταις ἐμπλέκειν,
Οἱ τὰς γονὰς θηρατικοὶ τῶν περδίκων.
Εἶναι δὲ πλῆθος δεκλικαὶς χειροτρόφου,
Καὶ ζῆν ἐν εἱρκταῖς, καὶ τρυφᾶν ἀφ' ἑστίας.
Οὐ πείθεται δὲ συροπέρδιξ ἐνθάδε,
Βραχύτερος αὐτὸς ὤν τε, καὶ πάντως μέλας,
Καὶ ζῇ περὶ τοὺς ἑστιώμενος λίθους.
Τὸ δὲ δριμὺ σκόροδον ἐὰν πέρδιξ φάγοι,
Βιβρώσκεται παρὰ τοῖσι μὲν βορωτέροις,
Νοσεῖν δὲ ποιεῖ ναυτιῶσαν τὴν φύσιν.
Ἄῤῥην δὲ πέρδιξ τὴν ὁμόζυγον βλέπων
Ἑστῶσαν ἀγχοῦ τοῦ θεάτρου τῆς μάχης,
Ὅταν γ' ἐναθλῇ, συντονώτερος μένει·
Αἰσχύνεται γὰρ μὴ κρατῶν, ὡς αὐθάδης.

Περὶ ἀλεκτρυόνος.

Ἀλεκτρυὼν μέν τοι γε νικῶν τὴν μάχην,
Σφριγᾷ τε καθαρῶς, καὶ σοβεῖ, καὶ τέρπεται.
Νικώμενος δὲ, μετριάζει σωφρόνως,
Καὶ ζῇ σιωπῶν διαρίθμητον χρόνον.
Νοσεῖ γὰρ εὐθὺς, καὶ θανεῖν θᾶσσον θέλοι.
Πάλιν δ' ὅγε θύραν αὐθαδῶς ὑποτρέχων,
Αὐτοκράτορ μέγιστε, τὸν λόφον κλίνει.
Δοκεῖ γὰρ αὐτὸν εἰ προσεγγίσει μόνον,
Εἰς θραῦσιν ἐλθεῖν, καὶ ῥυπῶσαι τὸν τύφον.

Περὶ Νήττης.

Τίς νῆτταν, ὦ βασιλεῦ, ἰδὼν μὴ θαυμάσῃ;
Ἡ νήχεται μὲν ἐμπεπλωκυῖ' εἰς ὕδωρ,
Πρὶν τοῦγε μαθεῖν ἐν σχολῇ διδασκάλου.
Καταδύεται δὲ, κἀναδύεται πάλιν,
Αὐτῆς τε κεφαλὴν δαψιλῶς διαβρέχει.
Νηττοκτόνος δὲ κίρκος εἰ ταύτην ἴδοι,
Κάτεισιν εὐθὺς ἐκ νεφῶν, ὡς δὲ ἁρπάζων.
Ἡ δὲ, σκέπην τὸ ῥεῖθρον εὑρίσκει ξένην,
Καὶ γίνεται μὲν εὐφυὴς βυθοδρόμος,
Τὴν ζωτικὴν εἴργουσα τῆς πνοῆς χύσιν.
Ἐκ δ' ἀλλαχόθι κύψασα τῆς ῥοῆς, πάλιν
Ἐκεῖνον εἶδεν, εἶτα κατέδυ δεύτερον.
Χρόνῳ δὲ τῆς ἐνταῦθα λυθείσης μάχης,
Ὁ μὲν, πάλιν τ' ἀπῆλθεν, ἥ τε νήχεται,
Πλουτοῦσα λουτρὸν εὐκραῶν καθαρσίων.
Ἔστιν δὲ κίρκος ἄλλος, Αὐσονοκράτορ,

Ὃς

XII. De Gallinaceo.

Victor duello voce gallinaceus
Gestuque fastum prodit insolentię:
Sed victus idem se gerit remissius,
Latensque paululum tenet silentia,
Abolere morte gestiens infamiam.
At cum subit limen, superbe deijcit
Cristam, Imperator. namq; si fastigium
Vel tangat hac, ruiturum opinatur sta-
stim,
Ruptique fumos exituros culminis.

XIII. De Anate.

Anatem quis, o Rex, non stupescat intuens
Nantem prius, quam nare didicit in schola
Docta a magistro? namq; aquas vbi con-
tigit
Demergitur, sursumq; nando commeat,
Largo rigatum flumine referens caput.
Quam conspicatus anaticida, protinus
Altis in hanc e nubibus Circus ruit.
Sed fluminis tegmen tuetur callidam
Profunda permeare, seq; spiritus
Flatu retento aquis penitus immergere.
Mox parte prodiens ab alia, denuo
Aquas subit, si pergat ille hanc persequi.
Sed tempus huic tandem facit pugnę mo-
dum,
Hoste auolante: tunc enim secat iterum
Natando aquam, his beata lotionibus.
Sed accipitrum, o Ausonarcha, inue-
neris

Genus

Genus, quod anatem peruicaciter ſe-
quens,
Submerſum aquarum deuoratur gurgite.

xiv. De Anſere.

Quod eſt caloris Anſeri vis ignea,
Gaudet lauacris frigidæ perennibus.
Veſcenſque lactucis, & herbis humidis,
Alui hoc fluorem prouocat medicamine,
Citraque medicos, & diætæ dogmata.
Non ille lauri carpat ore pabulum,
Non ſi fames premat, ſibi necis præſcius.
Taurique tranans aliger cacumina,
Ne clangat, ore mordicus lapidem tenet,
Illic latentium metu aquilarum, anſeres
Quæ callide obſeruant, ſub hiemis ini-
tium.

xv. De Ibi.

In litore Ibis victum amat conquirere,
Quo ventris implet tortuoſa volumina:
Sed exitus arctatur hoc anguſtia,
Caloris illum præſtruente incendio.
Obſtructionem autem ipſa ſoluit callide,
Geritque clyſteris vicem oris aduncitas,
Quo ventris infundens cauo ſalſuginem,
Excretiones humidas ani ciet.
Medicique citra anuumque opem, atque phar-
maci,
Intollerabile pondus alui deiicit.
Libyciſque veſcens ipſa ſcorpionibus,
Necat anguium turmas graues volu-
crium,
Quos excipit Pharos ex Arabia aduenas.

Hæc

Ὃς νῆτταν ἰδὼν, καὶ καταπτὰς ὑψόθεν,
Καὶ συγκαταδὺς αὐθαδῶς, ἀποπνίγει.

Περὶ Χηνός.

Ὁ χὴν δὲ θερμὸς, καὶ διάπυρος τῇ φύσει,
Ἡδὲ φιλόλουτρός ἐστιν ἐν τῇ νήξεσι.
Πόας δὲ καὶ θρίδακας ὑγρὰς ἐσθίων,
Ποιεῖ διαρρεῖν εὐμαρῶς τὴν γαστέρα.
Καὶ πλὴν ἰατρῶν, ἐκ διαίτης βιβλίου,
Δάφνης τὸ φύλλον οὐδὲ πεινῶν ἂν φάγοι·
Φθερεῖ γὰρ αὐτὸν ἡ τροφὴ παραυτίκα.
Λίθον δὲ τῷ στόμαθ' ἵνα μὴ κλάγξῃ στέγων,
Ὅνπερ καλοῦσι Ταῦρον, ἀμείβει πάγον.
Τοὺς αἰετοὺς γὰρ φασὶ τοὺς χηνοσκόπους,
Ἐκεῖσε δεινῶς ἐλλοχᾶν πρὸ ψύχεος.

Περὶ Ἴβεως.

Ἶβις δ' ἐν ἀκταῖς τὴν τροφὴν παρεκλέγει.
Καὶ πίμπλαται μὲν ἡ στροφὴ τῶν ἐντέρων,
Ἐμφράττεται δὲ τὸ στενὸν τῆς ἐξόδου.
Καὶ φρύγεται μὲν τῇ παρὰ φύσιν ζέσει,
Λύει δὲ τὴν ἔμφραξιν ἐξ ὀπισθίου,
Κλυστῆρα λοξὸν ὀργανοῦσα τὸ στόμα.
Ἅλμην γὰρ ἐγχέασ' ἀρδευστὴν εἰς βάθος,
Ἀφῆκεν ὑγρὰς τῆς πυγῆς τὰς ἐκκρίσεις.
Καὶ πλὴν ἰατρῶν, καὶ χυλῶν, καὶ φαρμάκων,
Δύσοιστον ἐξέρριψε κοπρίας βάρος.
Καὶ τῶν δὲ Λιβυκῶν ἐμφαγοῦσα σκορπίων,
Ἀνεῖλε γοργῶς τοὺς ὑποπτέρους ὄφεις,
Ἥκοντας εἰς Αἴγυπτον ἐξ Ἀραβίας.

Αὕτη

Αὕτη νεοττεύουσα φοινίκων μέσον,
Ὕποπτον ἐκπέφευγεν αἰλούρου θράσος.
Καὶ τῆς σελήνης οὐ παρῆλθε τοὺς δρόμους
Μειουμένης, κράτιστε, καὶ πληρουμένης.

Περὶ Σαλαμάνδρας.

Τὴν Σαλαμάνδραν κἂν ἀὴρ, κἂν γῆ τρέφῃ·
Ἐν ὀστέοις γὰρ ἐστιν ἰσχνὸν σαρκίον,
Καὶ δέρμα λιτὸν, καὶ πτερῶν ἔχει σκέπην.
Ἀλλ' οὖν σὺ συνιδὼν, Αὐσονάρχα, θαυμάσῃς·
Τὸ πῦρ γὰρ αὐτὴν οὐ φοβεῖ τὸ παμφάγον,
Ἐφίπταται δὲ, καὶ διώκει τὴν ζέσιν.
Καὶ σβέννυσι μὲν τῆς καμίνου τὴν φλόγα,
Κινεῖ δὲ πυκνὴν τοῖς βαναύσοις ἀσβόλην,
Ψυχρός τις αὐτοῖς ἀνθρακεὺς δεδειγμένη.
Καὶ ζῇ μεταξὺ τῆς πυρᾶς καὶ τοῦ βρόμου,
Καὶ σπῶσα καπνοῦ καὶ δριμύτητος πνέει,
Τῆς αἰθάλης πρὸς ὕψος ἠρεθισμένης.

Περὶ Ἀηδόνος.

Ὅταν γ' ἀηδὼν ἀκροώμενον βλέπῃ,
Μελῶν τότ' ἀγαθῶν ἐξερεύγεται κτύπους.
Ἀγχίστροφον γὰρ τὴν βοὴν διαπλέκει,
Καὶ γαργαλισμοὺς ὀργανοῖ κεκλασμένους,
Ἐν τῆς ἐν ἀκμῇ γλυκυθρόου μουσουργίας.
Καὶ μακρὸν ἂν δήπουθεν εὐφραίνει χρόνον,
Εἰ μή τις αὐτὴν ἐκταράττοι συγχέων.
Ὅταν δὲ γῆν ἄβατον ἀνθρώποις ἴδοι,
Τὸν φθόγγον ἁπλοῦν καὶ βραχὺν παραπλύει.
Μελῶν δὲ ῥυθμοὺς ἐκδιδάσκει τὰ βρέφη,

Τὸν

Hæc palmulas inter domum pullis ſtruit,
Felis malignam vitet vt fiduciam.
Hanc Cynthiæ nouiſſe curſus autumant,
Seu creſcat, ô Rex, ſiue decreſcat face.

xvi. De Salamandra.

Quid Salamandram, aer ne, tellusve educat?
In oſſibus namque eſt caruncula tenuis,
Cum pellis alarumque paruo tegmine.
Sed tu, Imperator, hanc videns miraberis,
Quod non tremiſcat deuorantis omnia
Ignis furorem, quem inuolans atrociter
Elidit, ac fornacis æſtus enecat,
Fabriſque denſam ſuſcitat fuliginem,
Ingreſſa fornacem doloſe feruidam,
Rogumque viuit inter, & flammæ ſonos,
Spiratque fumi diſſipata acredine,
Surſum fauillæ prouoluto vortice.

xvii. De Luſcinia.

Aures Aedon commodantem ſibi videns,
Eructat ore carminum dulces modos.
Verſatilem nam cantuum nectit ſonum,
Fractaſque titillationes fabricat,
Peritia artis ſingulari muſices.
Quin & canentis perfrui dulcedine
Longum datur, ni quis ſonum interruperit.
At ſi relictam viderit terram viris,
Haud allaborat cantuum melodiis.
Quin carminum rythmos docet prolem ſuam,

Curſum

Curſum retundens vocis irritabilem.
Quod ſi quis illius fruatur carnibus,
Priuat ſuaui ſe quietis munere.
Hanc auolare rurſus in nemus ſinas,
Quicunque captam detines, ſilentio
Ne tranſigens vitam, necem ſibi paret.

XVIII. De Hirundine.

Natura quiddam fert hirundinis
noui.
Nam ſi quis huic iniquior, pullis manu
Orbes cruenta luminum forte eruat,
Veſtigat herbam mater haud improuida,
Quam nullius cognouit vnquam indu-
ſtria,
Illaque viſum liberis reparat ſuis,
Quos & croco tinctos, pari medicamine
Albefacit, pennæ priuſquam ipſos tegant,
Deformitatem, herbæ auferens purga-
mine.
Si copia ad nidum luti non ſuppetat,
Pennas aquarum aſpergine imbuit, ſuper
Et puluerem pennas receptum colligens,
Infantulis hinc conſtruit domunculam.
Has ceterarum more non miſcerier
Auium ferunt, equitante femina marem.

XIX. De Palumbibus.

Caſtiſſimum eſt genus palumbum, nec
tori,
O Imperator, appetens adulteri;
Cuius ſacrata labe iura polluens,
Mox innocentium vnguibus diſcerpitur,
Quæ luce dignam non putant adulteram.

Τὸν πυκνὸν ἐγκόπτουσα τοῦ φθόγγου δρόμον.
Ἀηδόνος δέ πού τις εἰ φάγοι κρέας,
Ἄγευστον ὕπνου τὴν φύσιν ἐργάζεται.
Ταύτην καθαρχῶν, ἄφες ἀποπνεῦσαι πάλιν·
Οἰχήσεται γὰρ ἐν σιγῇ παραυτίκα,
Τὸν ἐκ λύπης θάνατον ἁρμοσαμένη.

Περὶ χελιδόνος.

Ἔχει τι κοινὸν ἡ χελιδόνος φύσις.
Εἰ γάρ τις αὐτῆς εὐπρεποῦσι τοῖς τέκνοις,
Φθορεὺς ἀκερδὴς ἐξορύξει τὰς κόρας,
Λαβοῦσα στερρὴν ἡ σοφὴ μήτηρ πόαν,
Πρὸς τὴν ἰατρῶν ἀσθενεῖ τέχνη βλέπειν,
Αὖθις τὸν ἐσμὸν ὀμματοῖ τῶν φιλτάτων.
Ἃ καὶ κρόκῳ βαφέντα, λευκαίνει πάλιν,
Πρὸ τοῦ πτερωτῆς, Αὐσονοκράτορ, σκέπης·
Ἄλλῃ πόᾳ σμήχουσα τὴν ἀμορφίαν.
Πηλοῦ δὲ μὴ παρόντος εἰ κτίζειν θέλοι,
Ψεκάδεσσι πυκναῖς τὸ πτερὸν διαβρέχει,
Καὶ χοῦν ἐπ' αὐτοῦ συντεθέντα λαμβάνει,
Καὶ τὴν καλιὰν ὀργανοῖ πρὸ τῶν τόκων.
Ἐναντίαν δέ φασι τῇ τῶν ὀρνέων,
Τὴν μίξιν αὐτῶν εὑρεθῆναι, καὶ ξένην.

Περὶ φαττῶν.

Σῶφρον τὸ φαττῶν, Αὐσονοκράτορ, γένος·
Ἀλλότριον γάρ ἐστιν ὀθνείου λέχους.
Κἂν τις τὸ σεμνὸν τοῦ γέρους ἀτιμάσῃ,
Θνήσκει παρευθὺς, ὑπαὶ τῶν ἀνευθύνων·
Αἳ ζῶν μόλις κρίνουσι τὴν μοιχαλίδα.

Περὶ τρυγόνων.

Ὀρχούμενοι δ' ἀπάτης χάριν τινές ποτε
Τὰς τρυγόνας θηρῶσιν ἐκ τῶν ᾀσμάτων.
Κηλοῖ γὰρ αὐτὰς ἡδονή τις ἐνθάδε·
Καὶ σωφρόνως φεύγουσι τοὺς νόθους γάμους.
Ὥστε σκοπεῖν δεῖ τὰς παρ' ἡμῖν παρθένους,
Μή τις μελουργὸς πορνικῶν ἐπασμάτων,
Εἰς ἡδονῆς θήρατρον αἰσχρῶς ἑλκύσῃ.

Περὶ γλαυκός.

Αἰμύλιον ἡ γλαὺξ ἡ φιλέσπερος φύσει·
Σκοπεῖν γὰρ εἰκὸς τοῦ πανούργου τὸν δόλον.
Μωκωμένη τὰς ὄρνις ἡμέρας ὅλης,
Καὶ ποικίλῃ στρέφουσα μορφῇ τὴν θέαν,
Σαίνει τὰ μικρὰ τῶν ὑποπτέρων γένη.
Ἃ καὶ περιμένοντ' αὐτὰ μέχρις ἑσπέρας,
Ὅταν τ' ἔχῃ τὴν ὄψιν ἀσφαλεστέραν,
Τῆς νυκτερινῆς τότ' εἰσρυείσης ἰκμάδος,
Θηρᾷ παρελθοὺς, καὶ τρυφᾷ χωρὶς πόνων·
Τὸν μισθὸν ἀπέχουσ' ὧδε τῶν ἀθυρμάτων.

Περὶ κόκκυγος.

Κόκκυξ παρελθὼν εἰς καλιὰς ὀρνέων,
Οἷς ἐστιν αὐτὸς ἐμφερὴς ἐκ τῶν τόκων,
Τίκτει μεταξὺ τὰς γονὰς τῶν ὀστράκων.
Τῶν γὰρ καλιῶν τὰς κενὰς περιτρέχει,
Καὶ τοὺς περιττοὺς τῶν κυλίνδρων συγκλάσας,
Οὓς εὗρεν αὐτοῦ συντεθεῖσας ὁ παλαιὸς,
Ὡς ἂν ὁμαλῶς τοῖσδ' ἀντιτάξῃ τοὺς τόκους,
Καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἐξελὼν ὑποψίαν,

Τὰς

xx. *De Turturibus.*

Sunt qui choreis atque cantionibus
Agunt dolose turtures in retia:
Nam tunc voluptas vrit illas credula,
Nothis licet sibi temperent a nuptiis.
Seruare virgines probe nostras decet,
Meretriciorum cantuum mulcedine,
Has ne quis in libidinis casses trahat.

xxi. *De Noctua.*

Est captiosa vesperipeta noctua.
Pellacis hinc considerare machinas
Operæ est. diem nam fraudulenter quantus est,
Irridet oris auiculas præstigiis.
Quibus stupore percitum simplex genus,
Ad vesperam vsque perseuerant; cum minus
Vultus atrocem præferens imaginem,
Iam cum rotis nox præcipitat humentibus,
Venatur incautas, & absque laboribus
His fruitur: hoc lusus reportans præmium.

xxii. *De Cuculo.*

Nidos volucrum cuculus intrans clanculum,
Simillimos quas parere scit fetus suis,
Excludit illis oua non præsentibus.
Nidos inanes callidus sed præterit,
Frangitque, si quæ reperit oua superflua:
Vt ipse supponens sua his, numero pari,
Fraudemque celet simplicem puerperam
Adulterinæ prolis, omnemque pariter

Suſpicionis remoueat cauſſam malæ.
Quibus peractis illico ſe proripit.
Natura namque frigida huius alitis,
Excludere ipſam non ſinit propaginem.
Excluſionis at peracto tempore,
Suos reportat aduolans hinc liberos.

xxiii. *De Cinclis & Pyrauſtis.*

Eadem ferunt & machinari fœtibus
Cinclum, quod eſt hoc viribus caſſum genus.
Sed ignis educat pyrauſtas procreans;
Edacis vſura nec abſque flammæ, iis,
Vt ſpiritum vitalis auræ duxerint,
Dant longiore fata vita perfrui.

xxiv. *De Cicadis.*

Mares propaginis cicadarum iubet
Vacare cantibus magas ſub pectore.
Nam rore paſti, quem creat nox humida,
Ad vſque rythmum protogant meridiem.
Sed humidum poſtquam calor decoxerit,
Deſiccat vnâ carminum bonos duces.
At more ſponſæ ſupprimens os femina,
Monet loquaces feminarum, temperent
Pudoris infandum vt dolorem proloqui.

xxv. *De Circis.*

Poſt multinodos quàm plagas venatibus
Thraces tetenderunt, latent abſconditi.
Quos aduolantes cominus circi iuuant,
Metuque territant volucres belluas,

Τὰς εἰσαγωγὰς τῆς κλοπῆς μὴ φαυλίσῃ,
Κοῦφος λαθὼν ἔξεισι τῶν ἀλλοτρίων.
Τὸ γὰρ πετεινὸν ὡς κρυμῶδες κρᾶσιν ὄν,
Νεοττοποιεῖν ἐκπυρῶς οὐκ ἰσχύει.
Ὅταν δὲ τοῦ ἔκλεψιν ὁ χρόνος δράσῃ,
Κόκκυξ ἐπελθὼν συγκομίζει τὰ βρέφη.

Περὶ κίγκλων καὶ πυριγόνων.

Τοιαῦτα φασὶ μηχανᾶσθαι τοῖς τόκοις
Καὶ κίγκλον αὐτὸν, ὡς ἀνίσχυρον φύσει.
Τὸ πῦρ δὲ γεννῶντας πυριγόνους ἐκτρέφει.
Οἳ καὶ μετ' αὐτὸ τοῦτ', ἄναξ, τὸ παμφάγον,
Τὸν ἀέρα πνεύσωσι τὸν ζωηφόρον,
Θνήσκουσιν εὐθὺς, ἐκ φθορᾶς ἀντιστρόφου.

Περὶ Τεττίγων.

Τοὺς ἄρρενας δὲ τῆς γονῆς τῶν τεττίγων,
Ποιεῖ φιλῳδοὺς ἡ μακρὰς τοῦ ἰξύδος.
Οἱ τῆς νυκτερινῆς ἐμφορούμενοι δρόσου,
Τὸν ῥυθμὸν ἐντείνουσιν εἰς μεσημβρίαν,
Ὅταν τὸ θερμὸν τὰς νοτίδας ἀναρπάσῃ,
Καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν μελῶν ἐξικμάσῃ.
Θῆλυς δὲ σιγῶν εὐπρεποῦς νύμφης τρόπον,
Καὶ τῶν γυναικῶν σωφρονίζει τὰς λάλους,
Αἰδοῦς νέμων ἄρρητον ὠδίνων μέλος.

Περὶ κίρκων.

Πολυπλόκους τείναντες ἐς θήραν βρόχους
Θρᾷκες μὲν ἠρεμοῦσιν, ὥστε λανθάνειν·
Κίρκοι δὲ συμμαχοῦντες αὐτοῖς ὑψόθεν,
Ἐκδειματοῦσι τὰ πτερωτὰ κνώδαλα.

Τὰ δ᾽, πρὸς αὐτοὺς ὑποφεύγει τοὺς βρόχους.
Ἐν τοῖσι περιβολαῖσι δὲ συνωθουμένους,
Αἱροῦσι γοργῶς τοὺς φυγάδας ἅμ᾽ ἀθρόους,
Καὶ μισθὸν εἰσφέρουσι τοῖς ὑπερμάχοις,
Ἐκ τῶν δι᾽ αὐτοὺς εὐχερῶς εἰλημμένων.
Εἰ δ᾽ οὐ, τότ᾽ ἀγαθῶν ἐστερήθησαν φίλων,
Εἰς δευτέρους ἥκοντες οἱ Θρᾷκες βρόχους.

Περὶ κιναμώμου.

Ὄρνις δ᾽ ὁ κιννάμωμος ὠνομασμένος,
Τὸ κιννάμωμον εὗρεν ἀγνοούμενον,
Ὑφ᾽ οὗ καλιὰν ὀργανοῖ τοῖς φιλτάτοις,
Μᾶλλον δὲ τοῖσι μέλασιν Ἰνδοῖς, αὐτάναξ,
Ἀρωμάτων τὴν ἡδονὴν διαπλέκει.

Περὶ μελισσῶν.

Ἐγὼ δὲ τιμῶν τῶν μελισσῶν τοὺς νόμους,
Φιλῶ μὲν αὐτῶν, Αὐσοναρχα, τὴν φύσιν,
Μισῶ δὲ τοὺς κηφῆνας ὡς νωθεῖς φάγους.
Μέλισσα μὲν γὰρ ἡ φιλεργὸς τεχνῖτις,
Ἔλυσε τὰς πτέρυγας εὐθὺς ἡμέρας,
Εἰς τὴν ποθεινὴν συλλογὴν τῶν ἀνθέων,
Κηφὴν λαθὼν δ᾽ αὖ εἰς τὸ σίμβλον ἐκρύβη·
Τέως γε μὴν ἔμεινεν αὐτοῦ που τρέμων,
Ὁ κλὼψ ὁ δειλὸς, ὁ θρασὺς θηλυδρίας·
Ἐπεὶ δὲ νὺξ ἦν, καὶ βαθὺς ἤδη γνόφος,
Τὴν μὲν φιλεργὸν ὕπνος εἷλε νήδυμος,
Αὐτὸς δὲ τὰς σήραγγας ἐνδὺς ἀτρέμας,
Ἥδιστον ἐτρύγησεν ἐκ τούτων μέλι.
Ἡ σύντονος δ᾽ οὖν, καὶ σοφὴ, καὶ τεχνικὴ,

Laxata condant ſubter vt ſe retia.
Quas Thraces arctis implicatas caſſibus,
Cohorte denſa, comprehendunt acriter,
Circiſque mercedem rependunt debitam,
His portionem largientes alitum.
Quod ni fit, ope poſt deſtitutos videris,
Ponunt volantum cum laqueos rurſus gregi.

xxvi. De Cinamomo.

Cognominata Cinnamomus, cinnamum
Inuenit vt fertur volucris Indica;
Quæ tecta pullis hinc ſtruit cariſſimis,
Indoſque ſole nigricantes torrido,
Sui beat fragrante nidi ſurculo.

xxvii. De Apibus.

At ſedularum ego colens leges apum,
Ipſas amo, o Rex Auſonum imperio potens:
Odique fucos, deditum ventri pecus.
Namque operum amans apis, magiſtra ſedula,
Librat per auras corpus ipſo cum die,
Ad colligendos per vireta floſculos.
Cum fucus interim aluearium ſubit,
Illicque melle ſe manet conferciens,
Fur iſte meticuloſus, audax, improbus.
Sed ingruente veſperi caligine,
Apim profunda cum domi occupat quies,
Furtim populator inuolans cunabula,
Exhaurit his quod mellis eſt reconditum.
At ipſa rerum prouida ſuarum, & cata,

Fraudem latentem ſuſpicatur illico,
Dulciſque prædatore capto nectaris,
Furi comeſtum mel amarum fel facit.
Dorſum pererrans ſpiculique verbere,
Arcet latronem cellulis exterminans.
Qui ſi reuerſus denuo inuadat fauos,
Luit ſupremas morte pœnas helluo.
In tela namque apum lupum incidere ali-
tem,
Oportuit;vel quod magis conuenerit,
Inſuetum operis, operis peremtum amantium
Aculeis, cum ſanguine animam effundere.

XXVIII. *De Apibus inertibus.*

Eſt vero & aliud his genus conuicti-
tans,
Quod floribus quidem inuolat fragranti-
bus;
Sed mella neſcit fingere id prædulcia,
Quod gratuita diligentiæ fide,
Opem miniſtrat ceterarum induſtriæ.
Namque alia potum fert domi curanti-
bus,
Inflans canalem fiſtularum glandulis:
Ad alta rex vt aſſidens prætoria,
Pleno beatus ore pocula hauriat,
Sed alia claſſicum canit,præque agmina
Agit,cateruarumque ducit ordines:
Sed quolibet alia Hippocrate peritior,
Cadauera effert mortuarum ex alueis,
Ne contrahant contage peſtilentiam.
Alia excubantis fungitur laboribus,
Quam cura penes eſt creditæ cuſtodiæ,

Ne,dum

Τὸν κρυπτὸν ὑπόπτευσεν αὐτίκα δὴ δόλον.
Καὶ συλλαβοῦσα τῆς τρύγης τὴν ἐργάτιν,
Ἔμπικρον ἀπέφηνε τὸ βρωθὲν μέλι.
Τοῖς γὰρ πτίλοις παίσασα τῶν μεταφρένων
Ἐξεῖλεν αὐτὸν τῆς κλοπῆς πετυμμένον.
Μετ᾽ αὖ δὲ μικρὸν εἰσρυεὶς αὖθις χρόνον,
Τὴν ἐσχάτην ἔδωκεν ὁ φθορεὺς δίκην.
Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ὡς ὑπόπτερον λύκον,
Τοῖς τῶν μελισσῶν ἐμπεσεῖν ἀκοντίοις·
Ἢ μᾶλλον ἐχρῆν μὴ πονεῖν εἰθισμένον,
Τοῖς τῶν φιλεργῶν ἐκτριβῆναι κεντρίοις.

Περὶ ἔργων μελισσῶν.

Ἀργὸν δὲ ταύταις ἄλλο συμβιοῖ γένος,
Ἐφίπταται μὲν τῇ χλιδῇ τῶν ἀνθέων,
Ἀδύνατόν ἐστι δὲ καὶ γλυκὺ πλάττειν μέλι.
Συναίρεται δ᾽ οὖν ἐξ ἀμίσθου φροντίδος,
Τῇ τῶν φιλεργῶν πανταχῇ προστάσει.
Ἡ μὲν γὰρ αὐτῶν ὑδραγωγὸς εὑρέθη,
Τὸν αὐλὸν ἐντείνασα τοῖς παρελθμίοις,
Ὡς ἂν ἐπ᾽ αὐτῆς εὐπραγῶν τῆς παστάδος,
Ὁ τοῦ γένους ἔξαρχος ἀφθόνως πίνοι.
Ἡ δὲ, προβομβεῖ, καὶ προπέμπει τὰ σίφη,
Καὶ δημαγωγεῖ ταχινῶς ἐν τοῖς πόροις.
Ἡ δὲ, πρὸ παντὸς εὐμαθοῦς Ἱπποκράτους,
Νεκρῶν μελισσῶν ἐκκομίζει φορτία,
Μήπως ἔχῃ τὰ σίμβλα τῇ σήψει φθόην.
Ἄλλη δέ τις ἐπ᾽ ἄγρυπνον εἰσφέρει πόνον,
Τῇ κεῖθι φυλακῆς ἀκριβεῖ προστάσει·

Μὴ

Μὴ τὰς φιλεργοὺς ἡσυχαζούσας τέως,
Λαθών τις ἐχθρὸς, εἰς φθαρῇ πρὸς ἑσπέραν,
Καὶ τὸν τοσοῦτον ὄλβον αὐτῶν διαρπάσῃ.
Ἀλλὰ, βασιλεῦ, τίς τῆς μελίσσης τὴν φύσιν,
Προγνωστικὴν ἔδειξεν εἰς ὄμβρων χύσιν;
Ναρκᾶν γὰρ ἂν εἴποι τις, εἰ παρὼν βλέποι,
Τὴν πρὶν φιλεργὸν τὸν κρυμὸν σκοπουμένην.
Ὡς καὶ γεωργοῖς, καὶ νομεῦσιν ἀγρόταις,
Χειμῶνα δεινὸν ζωγραφεῖν εἰς αἰθρίαν,
Ἐκ τῶν ἀτεχνῶς μαντικῶν πεζισμάτων.
Καὶ γὰρ παρ' αὐτὸν ἐγχρονίζει τὸν πόνον,
Καὶ μικρὸν ἐκκύψασα τοῦ σίμβλου χρόνον,
Ὅταν γ' ὁ καιρὸς τῆς νομῆς ἀναγκάσῃ,
Πάλιν θυραυλεῖ συντεμοῦσα τὸν δρόμον.
Ἐξίπταται δὲ ταῖς πνοαῖς ἀντιστρόφως,
Ὑπερφέρουσα τινά τε τοῖς ποσὶν λίθον,
Ὡς ἕρμα ληφθὲν ἐμβριθῶς πρὸς τὸν πόρον·
Ὡς μὴ παρασυρῇ ταῖς ῥοαῖς ἡ λεπτότης.
Ἥκιστα μὲν γὰρ ἂν διαπλοήσοι καὶ σκάφος,
Ἀγώγιμον οὐ μηδὲν ἡ πλάστιγξ φέρει.
Καὶ ζῇ μὲν ἁγνὸν ἡ σοφὴ σχεδὸν βίον,
Ἄγευστος οὖσα νεκρικῶν σπαραγμάτων.
Ζώου δὲ παντὸς οὐχ ὑποπλήσσει θράσος·
Ὁπλίζεται γὰρ ἀσφαλῶς τῷ κεντρίῳ,
Ἅμα τῇ τε φυσικῇ ψυχικῇ τ' εὐτολμίᾳ.
Καί γε φιλόμουσός ἐστιν, ὡς ὄρνις τάχα.
Ἀπεξιοῦσα γὰρ εἰς φυγὴν τὴν ἐργάτιν,
Ποιεῖ συριγμὸν, ἐμμελής θ' ὑποστρέφει.

Θρύψις

Ne, dum parentes mellis occupat ſopor,
Nocturnus irrepens latro cunabula,
Iniiciat opibus dormientium manus.
Sed quis Deus, quis imbrium progno-
ſticam
Naturam, api largitus eſt impertiens?
Præſenſione frigoris nam languidam
Torpore cernas corripi eueſtigio:
Vt agricolis paſtoribuſque, in aeris
Serenitatem pingat hyemem turbidam,
Prædictionibus artis haud ſagacibus.
Namque imminente hyeme laborem pro-
trahit,
Tentanſque procurſus breues præſe-
pibus,
Cum pabulorum flagitat neceſſitas,
Contracto itinere mox domum reuertitur.
Aduerſus autem ſe Notos per nubila
Librat, lapillum rite ſuſtinens pede;
Contra ruentes impetus quo flaminum
Se firmat ipſa, degrauata pondere.
Nam cymba recto non feretur tramite,
Quam non ſaburræ fulcit æquilibrium.
Viuitque vitam ſobria expertem fere
Comeſtionis horridæ cadauerum.
Haud vllius paueſcit impetum feræ,
Armata ſpiclo, cumque ſpiclo prædita
Animique naturæque fortitudine.
Et muſicæ eſt amans, aues vt ceteræ.
Namque euolans ſaltus in herbidos,
ſonum
Ciet canora, cumque cantibus redit,

Non

Non luxus illi, non voluptas blandiens
Cordi eſt, labore victitanti pariter.
Inauris autem, gemmeumque verticis
Decus, puellariſque mundus ſyrmatis
Eſt ala, reſperſumque corpus puluere;
Quo nempe frugalis operas induſtriæ,
Moreſque reddit feminarum nobiles,
Quas cura luxus otiique pertinax,
O Rex, laboris haud amantes arguit.
Nam luminum ipſas ala deuias agit,
Ad colligendum maſculorum floſculos.
Sed & ſonos illæ cient amabiles,
Vocis procaci melleæ mulcedine:
Cum ſicut herbis, aſſident amantibus,
Qui criminis mel amarulentum ſulle-
gunt,
Dolos parantes nuptiis nefarios.
Hinc conſcientiæ aculei pungunt eos,
Quos arguit fucos rapina prodita.
Eſt vero iis Rex mitis, & ſine aculeo,
Decorus, altus, ſtrenuus, firmus, ru-
ber,
Exercitus natura quem creat ducem.
Qui ſi relinquat agmen iratus, ſagax
Indagat ipſum perſequentium cohors.
Iuuentus autem examen ad reuertitur,
Sedatque præſens principis carentia
Damnoſa quam commouit iis diſcor-
diam.
Quæ conſtruunt fauos, & alueo ingerunt
Mel dulce, Sirenumque cum his duplex
genus,

Θρύψις μὲν οὖν, καὶ μῦρα, καὶ χλιδῶν βίος,
Οὐδὲν παρ' αὐτῇ· σωφρονεῖ γὰρ ἐκ πόνων.
Ἐνώπιον δὲ, ἐστὶ λιθόστρωτον στέφος,
Ἐν ἱματισμῷ νυμφικῆς εὐκοσμίας,
Πτερόν τι καὶ χρεὼς, εἰ κονίσαλον φέρει.
Οὕτως δὲ τὸ βιοῦν εὐτελῶς ἐν τοῖς πόνοις,
Καὶ τῶν γυναικῶν εὐρυθμίζει τὸν τρόπον.
Ἃς τὸ πρὸς ἁβρότητα καὶ θρύψιν βλέπειν,
Ἄλλως φιλέργους, αὐσονάρχα, δεικνύει.
Κινεῖ γὰρ αὐτὰς τὸ πτερὸν τῶν ὀμμάτων,
Εἰς τὴν πονηρὰν ἐκλογὴν τῶν ἀρρένων.
Ἐρωτικὸν δέ τιν' αἵδε βομβοῦσι κρότον,
Ἐκ τῶν μελιχρῶν τῆς βοῆς πετασμάτων,
Ὅτε προσπελάζουσιν αὐτοῖς ὡς πόσεις,
Οἳ καὶ τὸ πικρὸν τῆς ἁμαρτίας μέλι,
Τρυγῶσιν αἰσχρῶς ἐλλοχῶντες τοὺς γάμους.
Πλήττουσι δ' οὖν τὰ κέντρα τοῦ συνειδότος
Κηφῆνας αὐτοὺς, τῇ κλοπῇ δεδειγμένους.
Πρᾷος δέ τις κἄκεντρος, εὔζωνος, μέγας,
Ἐρυθροβαφὴς, καὶ εὐσταθὴς, καὶ γεννάδας,
Θεσμοῖσι φυσικοῖς τὸν στρατὸν διεξάγει.
Κἄν ποτ' ἀγανακτῶν πρὸς τὸν ὄχλον ἐκφύγοι,
Ῥινηλατεῖ τὸ σμῆνος αὐτοῦ τὸν δρόμον·
Καὶ δὴ πάλιν σφίσ' εὑρεθεὶς, ὑποστρέφει,
Καὶ τὴν πρὸ μικροῦ βλαπτικὴν ἀναρχίαν,
Λύει παρελθὼν ἐξορίζων τὴν στάσιν.
Αἱ πλάστιδες δ' οὖν, καὶ τὸ σφηκώδων γένος,
Αἳ τὸ γλυκὺ κλίζουσι τοῖς σίμβλοις μέλι,

Τὴν

Τὴν τοῦ βασιλέως ἐξυφαίνουσι στέγην,
Σκοπιᾶς ὕπερθεν ὀργανοδοσι τὰς βάσεις.
Καὶ περιβόλοις γέ τισιν ἠδὲ περιαυλίοις,
Κοσμοῦσιν αὐτὴν ἀσφαλῶς ἡδρασμένην.
Ἐν οἷς ἑαυτῆς ἐκδιώκει τοὺς πόνους,
Ἡ πᾶσα πρεσβυτικὴ τοῦ σμήνεος φάλαγξ.
Πάλιν δέ τ' αὐτὴν ἄλλο κυκλοῖ θριγγίον,
Ὃ τὰς ἐν ἀκμῇ, καὶ πρὸ τῆς ἥβης ἔχει,
Φρουροὺς ἀτεχνῶς τῶν γραῶν δορυφόρων.
Κλίνει δὲ καὶ τὸ κέντρον αἰδοῖ τοῦ κράτους,
Ὅταν μέλισσα τὸν βασιλέα αὐτῆς ἴδῃ.
Ὃς ἐν μὲν ἀκμῇ τῶν μελῶν καὶ τῶν πτίλων,
Ὅταν πεζαθῇ, τὰς φυλὰς συνεξάγει·
Καὶ γὰρ ὁμαρτεῖ πανταχοῦ τῷ δεσπότῃ
Παρεμβολή, τηροῦσα τακτικοὺς νόμους·
Ἂν δὲ τρυχωθῇ τῇ παρακμῇ τοῦ χρόνου,
Καὶ τοῦ πτεροῦ τριβέντος ὀκνῇ τὸν δρόμον,
Τὸ σμῆνος εὐθὺς δίφρον ὀξὺν δεικνύει,
Δι' οὗ τε φοράδην ὡς γέρων κομίζεται·
Ὅταν δὲ παρὰ βασιλέως τις σαλπίσῃ,
Ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος καθυπνοῖ τὰ στίφη.
Κανόνος δὲ παντὸς καὶ τινος τέχνης δίχα,
Μέλιττα ποιεῖ γραμμικὰς διαπλάσεις.
Ταῖς γὰρ κάτω σύριγξιν ἐστηριγμέναις,
Ἀνωτέρας πήγνυσιν ἀντισωθέτους.
Καὶ δημιουργεῖ τὰς ὀπὰς τὰς ἐν μέσῳ.
Σχημάτεσιν, ἢ καὶ λήμμασιν ἰσογωνίοις.
Φραγμοὺς δὲ λεπτοὺς ἐμβιβάζει τοῖς πόροις,

Ὡς

Palatium pro rege construunt, ſuper
Speculæ ſtruentes ambitum, & munimine
Id ianuarum condecorantes probe,
Aulamque quod ſit ante, propugnaculo.
Examinis phalanx quibus grandæuior
Omnis, vacantum obit operas laboribus.
Sed illud, aliud ædium faſtigium
Ambit, vigentes excipit quod robore,
Atque vniuerſam impuberum frequentiam,
Et grandiorum apparitores præſidum.
Inclinat autem ſpiculum viſo duce
Apis, poteſtatem colens reuerentia.
Qui viribuſque aliſque pollens, agmina
Educit, inſequente turma cominus
Satellitum plebiſque, ceu lex poſtulat.
At ſi ſenectæ prægrauatus pondere,
Aliſque tritis, ad volandum torpeat:
Sublatus in bigas leuatur illico,
Queis molliter geſtetur æuo grandior.
Quod ſi quis ad prætorium tuba canat,
Dormitur in caſtris, data ceu teſſera.
Quid ædificii, quam parant ſine regula
Et arte, machinam loquar mirabilem?
Quas namque ſuffulciuit infra cellulas,
His firmat aduerſas ſuperne glutinans,
Paratque tignorum media cubilia,
Opere angulari ſtructa ſenis angulis.
Interque ſepimenta ponit cellulas,

Vt cera ſubſidat, quæ iis infunditur,
Intuſque ſtipet mel fluens concretio.

XXIX. Quæ apibus ſint inimica & quæ aliis nocentia ſint animantibus.

Serpenſque, cum veſpaque hirundo, rubetaque,
Formicaque, tinea, parus, & phalangium,
Viridiſque ſtellio, & apiaſter prodigus,
Infeſti apum ſunt per vias examini.
At denſus imber, peſtilenſque ſpiritus,
Acriſque fumus, nubiumque opacitas,
Fugant eaſdem, perque turbant ordines.

Malo comeſto punico, circus, larus,
Turturque, cum merula, ſtatim leto cadunt.
Moriturque ſcarabeus propinquans vnguini,
Sturnuſque vitam exhalat allii cibo.
Vitexque mortem comparat ficedulæ.
Sed acre caſſitam ſinapi interficit.
Foliumque cedri neſcius ſi deuoret,
Non amplius ſolem calamodytes videt.
Iacetque vitæ deſtituta ſpiritu,
Bibens hyænæ ſi fel Ibis hauſerit.
At caprearum vpupas adeps dedit neci;
Anniſque priuat præpetem Iouis ſuis,
Infauſtum ab ipſa deuoratum ſymphyton.
Nec coruus erucam abſque noxa paſcitur;
Et truncat ætatis moram cornicibus
Cadauer ingeſtum, ore contactum lupi.
Vulſo charadrius cadit bitumine,

Et vitis

Ὡς αὖθ' ὁ κηρὸς ἐγχυθεὶς ὑφιζάνῃ,
Συνέχῃ δὲ καὶ τὸ ῥεῦσαν ἡ πῆξις μέλι.

Τὰ ταῖς μελίσσαις πολέμια, καὶ ὅσα
ἕτερα ἄλλων ζώων βλαπτικά.

Ὄφις γὰρ, καὶ σφὴξ, καὶ χελιδὼν, καὶ φρῦνος,
Μύρμηξ τε, καὶ σὴς, αἰγιθαλὴς, καὶ φάλαγξ,
Καὶ σαῦρος ὠχρὸς, καὶ φαγεῖν δεινὸς μέροψ,
Σμήνει μελισσῶν δυσμενεῖς ὁδοστατεῖ.
Νιφὰς γὰρ πυκνὴ, καὶ πνοὴ πεφυρμένη,
Δριμύς τε καπνὸς, καὶ νεφῶν ἔτι γνόφος,
Σοβοῦσιν αὐτὰς ἐκτροπῇ καὶ συγχύσει.
Κίρκος γὰρ, λάρος, γὺψ, τρυγὼν, καὶ κόσσυφος,
Σίδην φαγόντες, εὐθὺς ἂρ ἀπολώλασιν.
Καὶ κάνθαρος δὲ θνήσκει ἐγγίσας μύρῳ·
Καὶ ψὰρ φαγών γε σκόροδον, οὐκέτι πνέει.
Καὶ τὸν μελαγκόρυφον ὄγ' ἄγνος ἐκτρίβει.
Κορυδαλὸν γὰρ τὸ δριμὺ φθείρει νάπυ.
Κέδρου γὰρ φύλλον εἰ λαθὼν δή που φάγοι
Ὁ καλαμοδύτης, οὐ βλέπει τὸν ἥλιον.
Κεῖται δὲ νεκρὰ καὶ πνοῆς ἀλλοτρία.
Εἰ τῆς ὑαίνης τὴν χολὴν ἶβις πίοι.
Φθίσις γὰρ τοῖς ἔποψι δορκάδων στέαρ.
Τὸν αἰετὸν γὰρ τῶν ἐτῶν ὑπεξάγει,
Βρωθὲν παρ' αὐτοῦ δυστυχῶς τὸ σύμφυτον.
Κόραξ δὲ τὴν εὔζωμον οὐ στέγει πόαν·
Καὶ τῶν κορωνῶν τὸν πολὺν τέμνει χρόνον,
Πτῶμα περιληφθὲν εἰς βορὸν λύκου στόμα.
Πίπτει χαραδριὸς γὰρ τιτάνου τι σπάσας.

Κτείνει λιβὰς δὲ τάς γε γεράνους ἀμπέλου.
Ἀεὶ μὲν οὖν μύραινα πολύποδας στυγεῖ·
Μεμήνασιν δ' ἐπὶ καράβῳ καὶ πολύποδες.
Ὁ δὲ κάραβός γε ταῖς μυραίναις ἄχθεται.
Καὶ ταῖς χελώναις ἀντίκεινται πέρδικες,
Καὶ τοῖς ἐχίνοισιν δὲ ποταμογείτονες.
Ἔχθος γε μὴν ἔχουσιν αἰθύαις μέγα
Μακροὶ πελαργοὶ, καὶ βραδύπτεροι κρέκες.
Ἐρωδιὸς δὲ μισεῖ τοὺς λευκοὺς λάρους·
Κορυδαλὶς πᾶσαν γε μὲν ἀκανθυλίδα·
Πελεκὰν δέ τ' ὄρτυγα· οἱ δὲ πτῶκες τοὺς κύνας·
Τρυγὼν δὲ πύρραν. τῆς δὲ κερδοῦς ἡ φύσις,
Ἐχῖνον ἐχθρὸν οἶδεν, ὃν χέρσος τρέφει.
Πάλιν κορῶναι δυσμενεῖς γλαυκῶν γένει.
Κόραξ δὲ μισεῖ τῶν ἰκτίνων τὴν γονὴν,
Πάγρον τε βρένθος, καὶ τρυγὼν πυραλλίδα,
Τὴν τρυγόνα χλωρεὺς δὲ, καὶ τοῦτον κόραξ·
Δράκων δὲ κύκνον. αἰετὸν δὲ τὸν μέγαν
Αἰγυπιὸς αὖ δέδοικε· τὸν δὲ, τρωγλίτης.
Κτείνει δὲ βουβαλίδα τε καὶ ταῦρον λέων,
Ὡς Ἰνδὸν ἐλέφαντα πυρίπνους πέφυκε δράκων.
Ὠτὶς κυνὸς δέ θ' ἁρπαγὴν φυλάσσεται.
Καὶ τοὺς ὄνους αἴγιθος ἐχθροὺς αὖ κεῖνοι.
Οἱ μὲν γὰρ ὠγκήσαντο, τοῦ δὲ τοὺς τόκους,
Ὅσους ἐν ᾠοῖς εὗρεν ἐσπειραμένους,
Ἀφῆκε νεκροὺς ἐκπεσόντας ὁ κτύπος.
Ὄφεις δὲ πεφρίκασι κέντρα σκορπίων.
Ἰχνεύμονες δὲ δειματοῦσιν ἀσπίδας.

Ἀλέκτο-

Et vitis hausta conficit lacryma gruem.
Infesta polypo semper est murænula,
Odio locustas polypus impetit fero,
Locusta strangulatur a murænula.
Perdicis aduersum est genus testudini.
Necant echinos potamogitones cibo;
Longæque cum mergis ciconiæ,& creces
Tardæ volatibus, simultates gerunt.
Odit colore gauias albo ardea.
Exosam habet cassita stirpem acanthidum,
Pelecan coturnicem, canes turba leporum,
Pyrrhamque turtur: nec latet vulpem suus
Echinus hostis, terra quem vasta educat.
Inuisa cornix est pudica noctuæ,
Oditque coruus miluiorum liberos,
Pagrumque brinthus, turtur atque ignariam,
Luteoque turturem, sed hunc coruus, draco
Cygnum. Deûmque regis armigerum trucem
Vultur timet, timetque passer vulturem.
Occidit autem bubalum & taurum leo,
Spiransque flammas Indicum elephantum draco,
Canisque raptum tarda auis subterfugit,
Hostesque ducit ægithus asinos suos:
Quos si rudentes audiant pulli, illico
Deturbat exanimes metu nidis sonus,
Intus putamen quotquot abditos tegit.
Sed scorpiorum spicula angues territant,
Ichneumonesque terrefaciunt aspidas.

Galli leonibus, leo formidini
Est ictidi, mus pardalique araneus.
Vulpecula inimicum sibi Circum putat,
Coruumque taurus, atque equum piscem anthias.
Delphin Balænam odit, lupusque mugilem,
Muræna congrum, hyęna pantheram timet,
Et stellionem perditor fur scorpius,
Torpedo scorpium, polypodem cammarus.
Horrescit ignem percitus metu leo.
Balans inermis a lupis prehenditur,
Ab vpupa apes, a filia Pandionis
Cantus amans cicada, damis anguium
Immite vulgus, pardalique simia.
Quem conspicis mimum. Sed anguis Ibium
Pennas pauescit intuens, contactibus
Harumque torpet ocius: reconditus
Aluo, forantis perforat qui viscera.
At torre viso funerali, protinus
Ferociens latrare desinit canis.
Et fascinantum se tuentur a dolis
Laurum palumbes congerentes, intybum
Circus, comam perdix harundinaceam,
Myrtumque turdus colligens, cancrum ardea,
Gramen vpupa, galerita frondes querneas,
Vluamque miluus, rhamnulum cornix, crocum
Circus virentem, viticem ales Apollinis,
Irimque turtur, fascinum radiculâ
Lini sub alis pauo gestata cauet:
Sertis Iacchi harpa, platano ciconia.

Quam-

Ἀλέκτορες γὰρ τῶν λεόντων τὴν φύσιν,
Τούτους γαλῆ δὲ, μυγαλῆ δὲ παρδάλεις.
Πάλιν ἀλώπηξ δυσμενῆ κίρκον κρίνει,
Καὶ κόρακα ταῦρος, ἵππον ἰχθὺς ἀνθίας.
Δελφὶς φάλαιναν, καὶ λάβραξ τὸν κεστρέα·
Μύραινα γόγγρον, ἡ δ' ὕαινα πάρδαλιν,
Καὶ ἀσκαλαβώτην ὁ φθορεὺς κλὼψ σκορπίας,
Νάρκη γὰρ τοῦτον, ἀστακὸς γὰρ πολύποδα.
Λέων γὰρ πῦρ δέδοικεν ἐκτρόπως τρέμων.
Ἁλίσκεται δ' οὖν δυσχερῶς οἷς λύκοις.
Ἔποψιν ἡ μέλιττα, καὶ χελιδόσι
Τέττιξ φιλῳδὸς, πᾶς γὰρ δορκάσιν ὄφις.
Καὶ παρδάλει πίθηκος, ὃν μῖμον βλέπεις.
Τῆς ἴβεως δὲ τὸ πτερὸν μόνον βλέπων,
Ἅπας ὄφις δέδοικεν· ὅπερ ἂν θίγοι,
Ναρκῶν γ' ὄφις ἐκεῖνος· ἂν γὰρ καὶ φάγοι,
Τέθνηκε, ῥαγεὶς ὁ φθορεὺς τὴν γαστέρα.
Κύων γὰρ σιγᾷ, κἂν ὑλακῆσαι θέλοι,
Δαλὸν θεωρῶν ἐκ πυρᾶς φθισιμβρότου.
Ἀνθίσταται γὰρ πρὸς τὸ βάσκανον πάθος,
Δάφνην φαγοῦσα φάττα, κίρκος πικρίδα,
Πέρδιξ δὲ καλάμου, κίχλα μυρσίνης κόμην,
Ἐρωδιὸς καρκῖνον, ἄγρωστιν ἔποψ,
Φύλλα δρυὸς κόρυδος, ἴκτινος θρύον,
Ῥάμνον κορώνη, κίρκος ἀνθοῦντα κρόκον.
Ἄγνον κόραξ ἔγκαρπον, ἡ τρυγὼν ἴριν.
Λίνου γὰρ ταὼς τοῖς πτεροῖς βύζας φέρει,
Ἅρπη γὰρ κιττὸν, καὶ πελαργὸς δὲ πλάτανον.

Ὧι μᾶλλόν ἐστι δυσμενὴς ὁ νυκτίκλωψ.
Καὶ γὰρ ἐν ᾠοῖς τὴν ἀποῤῥὴν πεπηγμένην,
Ποιεῖ διαῤῥεῖν, καὶ πτεροῖς ἄκροις θίγοι.
Ἡ δὲ πλάτανός γε τὴν φιλέσπερον πάλιν,
Εἴργει πρὸ καιροῦ προσπελάζειν τοῖς τόκοις·
Ναρκᾷ γὰρ εὐθὺς ἐμπεσοῦσα τῷ κλάδῳ.
Φθορᾶς δὲ τηρεῖ τὰς γονὰς ὑπερτέρας,
Εἰς τὴν καλιὰν αἰετὸς κρύψας λίθον,
Ὡς ἡ χελιδὼν τοῦ σελίνου τὴν κόμην.
Ἐὰν δέ τ' ἐξάψῃ τραχήλου τὸν λίθον,
Κύουσα γυνὴ, κερδανεῖ ζῶν τὸ βρέφος.
Μυῖαν λαβὼν δέ τ' ἐκ ῥοῆς πεπνιγμένην,
Καὶ τέφραν αὐτῆς ἐκ πυρᾶς ὑπερχέας,
Τὸν νεκρὸν αὐγαῖσιν ὑπόθαλψον ἡλίου·
Καὶ γὰρ ἀναζῇ, καὶ τροφαῖς ἐπιτρέχει.

Περὶ φρύνης.

Φρύνην δέ τις κράτιστε τὸ ζῶον βλέπων,
Κἂν ἡ φύσις γ' ἔγραψεν αὐτὸν ὡς ῥόδον,
Καθάπερ ἀλγῶν ὠχριᾷ πλεῖν ἰκτέρου.
Χαραδριῷ δὲ τῷ γαληνῷ προσβλέπων,
Αὖθις νεουργεῖ τοῦ προσώπου τὴν θέαν.
Παρατρίβεται γὰρ τῆς βαφῆς ἡ πυκνότης,
Ὡς τοῦ νόθου φθίνοντος ἠρέμα κρόκου.
Ὄντοιν δυοῖν δὲ τῇ φρύνῃ τοῖν ἡπάτοιν,
Τὸ μὲν, φθορὰν ἤνεγκε τοῖς γευμένοις,
Αὐτοῖς ξένον δὲ φάρμακον τόδ' εὑρέθη.

Περὶ λέοντος.

Θηρῶν δὲ βασιλεὺς ὁ θρασὺς ἄναξ λέων,

Quam grauius oppugnare vespertilio
Solet, quod intus oua seminis gerunt,
Nocente pennarum trucidans verbere.
Sed platanus arcet appropinquantis minas,
Torpore collisum retundens impetum.
In nidum aquila aetite congesto, suis
Omnes propulsat noxias a liberis,
Sicut apii comis hirundo salubribus.
Quod si qua collo grauida lapidem illum gerat,
Vitam sibi lucratur, atque fœtui.
Aquis necatam, cinere si consperseris
Muscam, reductam Tartari voragine
Ad pabulum redire facies, ignibus
Hanc solis vbi calefaciendo foueris.

xxx. De Rubeta.

Quod si rubetam, Rex, suo quis acrius
Aspectet obtutu, venustatis decus,
Colore mutat pallido plus ictero.
Charadrium sed irretortis vultibus
Mox intuens, ad pristinum redit decus,
Pallore desinente tincturæ, velut
Adulterini deperit croci rubor.
Gemino rubeta cum iecore sit prædita,
Horum comestum mox neci dat alterum,
Affert salutem huic repugnans alterum.

xxxi. De Leone.

Regi ferarum, belluarum traditum

Regnum leoni, o Imperator, arguit
Pectusque, genuaque, tibiarumque ſtatio,
Et vultus, & pilus, cataphractariumque
Os, cumque latere firmitas coxendicis,
Spiſſique nerui, atque vnguium arma, & dignitas
Greſſus, ſimulque ſaltus, ac curſus celer.
Non vertebrarum iungitur compagibus
Ceruix, tenus crurum oſſe producta ſolido:
Sic læua mens est, & rudis mortalibus,
Fatuaque, carensque intelligentia, irrita
Vt persequatur spe petens absentia,
Proculque vestigans remota, raraque,
Popularium adeo copiam fastidiat.
Ceruum instituta singulare regibus

Ἀρχὴν γένεσθ' ἐν ᾧπερ οὖν ψύλλας τόπῳ·
Κοκκυσμὸν εἰ πρῶτον γ' ἀκούων κόκκυγος,
Ὅδε τότ' ἐπιστὰς, δεξιοῦ τ' ἴχνος ποδὸς
Κεῖθι περιγράψας, εἶτα τὸν χοῦν ἐξέλῃ.
Ὅπου τεθῇ γάρ φασ' ὅδε κατωρυγμένος,
Ἐκεῖ φύεσθαι ψύλλαν οὐδεμίαν ποτε.
Τοῦτ' ἐστὶ δ' οἷον ἡ παροιμία λέγει,
Λαβοῦ σὺ μὲν μηδὲν, κράτει δὲ τοδὶ καλῶς.

Περὶ ἐλάφων.

Ἐλάφων θεώρει νῦν σύ μοι, κυνηγέτα,
Ὑψηλόγυιον, ἀριπρεπὲς, ποταμηπόρον,
Μεγαλωπὸν, εὔκερων, μείουρον, ὠκύπουν,
Στικτόν τε, πλατιώωτόν τε, κ' εὔπνοον γένος,
Ὀψὲ δ' ἄγητον, τῇ τε ποιμῆρες δορᾷ,
Βάλιον, μακρόβιον, λεπτόκωλον, ἀγλαὸν,
Φυξηλὸν, ἀβληχρὸν, δύσαλκ', ἀκάρδιον,
Ὀφιοκτόνον δ' ὅμως ἐόντα καρτερόν.
Χρηστὸν δὲ τούτου φάρμακον κέρασιν ἔνι,
Πρὸς πάντα κραδίῃ τ' ἐντέροις τε συμφορά.
Χ' ἡμῖν μάταιον πρὸς τάδ' ἦν ζητεῖν κέρας
Ἄγνωστον ἄλλο μονόκερω καλουμένου.
Ἢ ταῦτα γὰρ κεῖνο δύναιτ', ἢ πλείω πολύ.
Ὧδε δ' ἀμαθὲς καὶ σκαιὸν ἐστὶν ἄρα βροτῶν
Μωρόν τε φῦλον, κἀνόητον, ὥστε δὴ
Τἀπόντα μαστεύειν ἀπρήκτοις ἐλπίσι,
Παπταίνον ἀλλότριά τε πόρρω, καὶ ξένα,
Ἀγαθῶν τ' ἀεὶ καταφρονῆσ' ἐπιχωρίων.
Τὸν δ' ἔλαφον οἱ ἐξαίρετον ζώων πάνυ

Τοῖς τε βασιλεῦσι, καὶ δυνάσταις, οἱ νόμοι
Οἰκεῖον εἶναι κτῆνος ἀποπεφηνότες,
Τὴν τῶνδε θήραν δῆτ' ἀπεῖπον ἐντόνως
Ἅπασιν ἄλλοις, τοῖσι πολλοῖσιν δ' ὅλως·
Ἄγραν τε ταύτην δ' ὑφαρπάσ' ἤδη πού τινες
Τολμῶντες ἔτισαν εἶτ' ἀνηλεῆ δίκην.

Περὶ χηνῶν καὶ ὑῶν.

Χῆνας δέ τις, τούτους σιτιστοὺς δὴ λέγω,
Τοὺς ὗς θ' ὁρῶν στάλους, ἴσως οἰήσεται
Ἀλλ' οὐδὲν εἶναι τούσδε, πλὴν κρέας μόνον,
Ἔχον αὐθ' ἁλὸς ψυχῆς τι, πρὸς τὸ διαμένειν
Ἄφθαρτον, ἢ δ' ἄσηπτον, εἶδαρ εὔτροφον·
Ἔνεσθ' ὅμως γε τοῖσδε νοῦ τι καὶ φρενός.
Βλάψῃ σύας γὰρ οὐδὲ συννόμους λύκος
Γρυσμῷ συναθροισθέντας, ἠδὲ συστάτας·
Τόσον πάρεστι θάρσος ὁμονοητικόν.
Καὶ δὴ τὸν ὗν, ζῷον ἐλέφας οὕτω μέγα
Ἢ δ' ἄλκιμον, φοβεῖτ' ἀκηκοὼς μόνον
Γρυλλισμὸν ἐγγύθ' ὄντος, εἰ καὶ μὴ βλέπει.
Χηνῶν δέ τ' εἰσὶν οὐκ ἄλογα πιππάσματα,
Συνετὰ δ' ἐκείνοις, σχημάτων δηλουμένων
Σὺν τοῖσδε, τὴν γνώμην τε καὶ νοούμενον,
Ὥσπερ μετ' ἀλλήλων λαλούντων ἀκριβῶς,
Τῷ συγκαλεῖν, περάγειν τε, καὶ κατὰ στίχους
Ἰέν' ἀκολουθοῦντας νομὰς πρὸς γνωρίμους,
Φθέγγειν θ' ἅμ' ὡς ἄπ', εἰ δέῃ, συντάγματος.

Περὶ μάχης ἀλέκτορος καὶ συὸς ἀγρίου.

Ἀκήκοά ποτ' ἀλέκτορός τε καὶ συὸς ἀγρίου

Συνδεν-

Sanxere iumentum, propriumque principum,
Nec ſubditis illos agendi in retia
Fecere ius, edictione ſtrenua:
Auſoſque tendere his plagas, atrocibus
Iuſſere pœnarum modis tolli in crucem.

xiv. De Anſeribus & Suibus.

Forte anſeres, hos altiles inquam, videns;
Porcoſque diſtentos ſagina, duxerit
Nil eſſe, carnem præter, illos quippiam,
Quæ pro ſale animam acceperit, putredine
Ne colliqueſcat, ferculum paſcens probe,
Sed mentis illis haud ineſt prorſus nihil.
Nam nec ſues lupus aggredi compaſcuos
Ac congregatos audeat grunnitibus:
Concordiæ tantum poteſt conſenſio.
Quin & ſuem, tam grandis, elephas, bellua
Robuſtaque exhorreſcit, hunc ſi audiuerit
Vel grunnientem cominus, nec viderit.
At anſeres quæ gratitant, expertia
Haud ſunt loquelæ, ipſique ſeſe mutuo
Notis loquentes conſonis intelligunt,
Ceu conferentes verba ſecum ſerio.
His conuocant ſeſe, vt vel agmen porro agant,
Vel ordine ad conſueta redeant paſcua,
Ac tanquam in acie, cum eſt opus, fugam petant.

xv. De pugna vrſi & ſuis ſilueſtris.

In ſaltibus condenſa opacis arbore,

Certamen vrſo, ſicut audiui, fuit
Aduerſus aprum, patuit ita quod cognitum,
Euentaque huius, & exitus victoriæ.
Nam ſanguinis reperta ſunt venantibus
Et ſigna letarum per abdita nemorum
Incognita legentibus iter ſemita:
Dum dente ſtricto fulminat frendens aper,
Vrſuſque ſæuit brachiorum robore,
Atrocis in conflictibus certaminis.
Ac viſus eſt vrſus priore iacens loco,
Quod concidiſſe in prœlio victum arguit:
Aprique poſt hunc amplius progreſſi, erat
Proiectum humi cadauer intuerier.

Sunt in feris, volantibusque, & piſcibus,
Simulacra perturbationis obuia,
Nec non guloſitatis, & libidinis.
Nam ſicut illa pabulum captantia,
Eſcamque deuorantia obiectam, dolos
Haud deprehendunt ante quos abdit cibus:
Non ſecius qui frena laxant, perditi
Ac impotentes, cupiditatum motibus,
Capti voluptatum tenentur hamulis,
Ac implicati ſuauitatis funibus,
Vitam profundunt morte non præcognita.

FINIS.

Σκιώδενδρον ὕλης βῆσαν ἀν᾽ ἐρήμου μάχην.
Οὕτω δέ τ᾽ ἐγνωρίσθη αὕτη γ᾽ ἡ μάχη,
Κἀκ τῆσδε συμβὰν, καὶ τὸ τῆς νίκης τέλος.
Τοῦ θ᾽ αἵματος γὰρ πανταχῆ καὶ τῶν τριχῶν,
Κατ᾽ ἴχνι᾽ οἱ κυνηγέθ᾽ εὗρον ἑπόμενοι,
Κατ᾽ ἀτραπιτοὺς ἀγνῶτας ἐν ὕλῃ, πολὺ,
Τῇ τῶν ὀδόντων χρωμένου συὸς ἀστραπῇ,
Στιβαρῶν δέ τ᾽ ἄρκτου τῇ βίῃ βραχιόνων,
Ἐν συμβολῇ τῆς ἰσχυρᾶς συῤῥάξεως.
Ὤφθη πρότερον ἄρκτου δὲ πτῶμα κείμενον,
Τεκμήριον τοῦ θηρὸς ἥττονος κράτους,
Τοῦ δὴ συὸς προσωτέρω βεβηκότος,
Αὐτοῦ δ᾽ ὅμως ἐνταῦθα καὶ τεθνηκότος.
Ἐν θηρσὶ πᾶσι δ᾽, ὄρνισίν τε, κ᾽ ἰχθύσιν,
Εἰκών τις ἐστ᾽ ἐπιθυμίας, λίχνου πάθους.
Ὡς κεῖνα γὰρ τῷ δελέατ᾽ ἐγχασμώμενα,
Βόσιν τε καταπιόντα τὴν προκειμένην,
Οὐ κατενόησαν τὸν κεκρυμμένον δόλον·
Οὕτω τε δείλ᾽ ἁλίσκεται κἀπόλλυται·
Ἄνθρωποι ὁμοίως οἵ τ᾽ ἄσωτοι κἀκρατεῖς
Ἐνδόντες ὁρμαῖς ἡνίας ὀρέξεων,
Ἴσχοντ᾽ ἐν ἀγκίστροις ἁλόντες ἡδονῶν,
Καὶ τέρψεων ἀμφιβεβολημένοι βρόχοις,
Ληφθέντες ἐφθάρησαν ἀπροὔπτῳ μόρῳ.

Τέλος.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

1	περὶ ἀετῶν	6
2	περὶ γυπῶν	9
3	περὶ τῆς μεγάλης στρουθοῦ	10
4	περὶ ἐρωδιῶν	13
5	περὶ κόρακος	13
6	περὶ πελαργῶν	14
7	περὶ ταῶνος	14
8	περὶ πελεκάντων	17
9	περὶ κύκνου	17
10	περὶ γεράνων	18
11	περὶ περδίκων	21
12	περὶ ἀλεκτρυόνος	26
13	περὶ νήττης	26
14	περὶ χηνός	29
15	περὶ ἴβεως	29
16	περὶ σαλαμάνδρας	30
17	περὶ ἀηδόνος	30
18	περὶ χελιδόνος	33
19	περὶ φαττῶν	33
20	περὶ τρυγόνων	34
21	περὶ γλαυκός	34
22	περὶ κόκκυγος	34
23	περὶ κίγκλων καὶ πυγαργῶν	37
24	περὶ τεττίγων	37
25	περὶ κίρκων	37
26	περὶ κινναμώμου	38
27	περὶ μελισσῶν	38
28	περὶ ἔργων μελισσῶν	41
29	περὶ τοῖς μελίσσαις πολέμια, καὶ ὅσα ἕτερα ἄλλων ζώων βλαπτικά	49
30	περὶ φρύνης	54
31	περὶ λέοντος	54
32	περὶ λεαίνης	57
33	περὶ νάρκης καὶ ἑτέρων τινῶν, περί τε τῶν λεόντων ἐπὶ πλεῖον	58
34	περὶ κυνὸς Ἰνδικοῦ	61

INDEX CAPITVM PHILE
de proprietatibus animalium.

1 De Aquilis 7
2 De Vulturibus 8
3 De magna Struthione 11
4 De Ardeis 12
5 De Coruo 12
6 De Ciconiis 15
7 De Pauone 15
8 De Pelecanis 16
9 De Cygno 16
10 De Gruibus 19
11 De Perdicibus 20
12 De Gallinaceo 27
13 De Anate 27
14 De Ansere 28
15 De Ibi 28
16 De Salamandra 31
17 De Luscinia 31
18 De Hirundine 32
19 De Palumbibus 32
20 De Turturibus 35
21 De Noctua 35
22 De Cuculo 35
23 De Cinclis & Pyraustis 36
24 De Cicadis 36
25 De Circis 36
26 De Cinamomo 39
27 De Apibus 39
28 De Apibus inertibus 40
29 Quæ Apibus sint inimica, & quæ aliis nocentia sint ani-[mantibus 48
30 De Rubeta 55
31 De Leone 55
32 De Leæna 56
33 De Torpedine, & aliis quibusdã; itẽq; de Leonib. plura 59
34 De Cane Indico 60

35 De Mantichora 63
36 De Monocerote 64
37 De Onagro & illius cornu 67
38 De Cynocephalis 68
39 De Indicis quibusdam animalculis idoneis ad tincturã 71
40 De Onocentauro 71
41 De Lupis 72
42 De Vrsa 75
43 De Hyæna & terrestri & marina 75
44 De Thoe 76
45 De Ætnæo pisce 76
46 De Boue 76
47 De Capra 76
48 De pelle ouis a lupo laceratæ, & lapide quẽ canis morsu im-[petiit 76
49 De Tarando 79
50 De animalib. q̃busdã, quæ per sõni quietẽ oculis cernũt 79
51 De Leporibus 79
52 De Chamæleonte 80
53 De Lacerto 80
54 De Echino aquatili 80
55 De Erinaceo terrestri, & Lyncurio 83
56 De Hippocampi ventre 84
57 De Mure araneo 84
58 De Crocodilo 84
59 De Draconib. Æthiopicis, & aliis diuersi generis bestiis 87
60 De Araneis 95
61 De Muribus Indicis 96
62 De Bobus retrouersus pascentibus 96
63 De Vipera 96
64 De quibusdam magnis piscibus 99
65 De Delphine, cum insertione de Leone 100
66 De Trocta 103
67 De Scaris 104
68 De Capitone 107
69 De Glauco 107
70 De Cane 107
71 De Melanuris 108
72 De Spongia 108
73 De Dracone 111
74 De Physalo 111

35 περὶ μαρτιχώρου 62
36 περὶ μονοκέρωτος 65
37 περὶ ὀνάγρου 66
38 περὶ κυνοκεφάλων 69
39 περὶ τινῶν ζωϋφίων Ἰνδικῶν ἐπιτηδείων πρὸς βαφήν 70
40 περὶ ὀνοκενταύρου 70
41 περὶ λύκων 73
42 περὶ τῆς ἄρκτου 74
43 περὶ ὑαίνης χερσαίας τε καὶ θαλασσίας 74
44 περὶ θωός 77
45 περὶ αἰτναίου ἰχθύος 77
46 περὶ βοός 77
47 περὶ αἰγός 77
48 περὶ δορκάδος οἷος λυκοπάρδος, καὶ λίθου κυνοδήκτου 77
49 περὶ ταράνδου 78
50 περὶ ζώων τινῶν καθ' ὕπνον βλεπόντων 78
51 περὶ πιθήκων 78
52 περὶ χαμαιλέοντος 81
53 περὶ σκιούρου 81
54 περὶ ἐχίνου ἐνύδρου 81
55 περὶ ἐχίνου χερσαίου 82
56 περὶ τῆς τοῦ ἱπποκάμπου γαστρός 85
57 περὶ μυγαλῆς 85
58 περὶ κροκοδείλου 85
59 περὶ δρακόντων Αἰθιοπικῶν, καὶ ἑτέρων διαφόρων θηρίων 86
60 περὶ ἀραχνῶν 94
61 περὶ μυῶν Ἰνδικῶν 97
62 περὶ ὀπισθονόμων βοῶν 97
63 περὶ ἔχιος 97
64 περὶ τῶν μεγάλων ἰχθύων 98
65 περὶ δελφῖνος, μετὰ παρενθήκης περὶ λέοντος 101
66 περὶ τρώκτου 102
67 περὶ σκάρων 105
68 περὶ κεφάλου 106
69 περὶ γλαύκου 16
70 περὶ κυνός 106
71 περὶ μελανούρων 109
72 περὶ σπόγγου 109
73 περὶ δράκοντος 110
74 περὶ φυσάλου 110

75 περὶ κροκοδείλου 113
76 περὶ ἰχνεύμονος 114
77 περὶ κροσύφων 117
78 περὶ βοός 117
79 περὶ σαργοῦ 118
80 περὶ πολύποδος 118
81 περὶ λάβρακος 121
82 περὶ μυραίνης 121
83 περὶ σηπίας 122
84 περὶ τρυγόνων 122
85 περὶ ἀλώπεκος 122
86 περὶ ἰκλίδων καὶ λαγωοῦ 122
87 περὶ περσέως 125
88 περὶ πίννης 125
89 περὶ μυός 126
90 περὶ κεστρέως 129
91 περὶ ἀφυῶν 129
92 περὶ τρίγλης 129
93 περὶ ναυκράτου 129

ΠΙΝΑΞ ΤΗΣ ΠΡΟΣΘΗΚΗΣ.

1 περὶ τεττίγων 133
2 περὶ μυρμήκων 134
3 περὶ μυῶν 134
4 περὶ ὀρνίθων ἀνθρωπολάλων 134
5 περὶ ἀλκυόνος 137
6 περὶ κύθου 137
7 περὶ βατράχων 138
8 περὶ σκιούρων 138
9 περὶ ἐλεφάντων, καὶ λεόντων, καὶ δελφίνων 138
10 περὶ ἵππων καὶ κυνῶν 141
11 περὶ ἀλεκτορίδων 146
12 περὶ ψύλλης 146
13 περὶ ἐλάφων 149
14 περὶ χηνῶν καὶ ὑῶν 150
15 περὶ μάχης ἄρκτου καὶ συὸς ἀγρίου 150

75 De Crocodilo & Trochilo aue 112
76 De Ichneumone 115
77 De Merulis 116
78 De Boue 116
79 De Sargo 119
80 De Polypode 119
81 De Lupo 120
82 De Muræna 120
83 De Sepia 123
84 De Pastinacis 123
85 De Vulpe 123
86 De Iulidibus & Lepore 123
87 De Perseo 124
88 De Pinna 124
89 De Mure 127
90 De Mugile 128
91 De Apuis 128
92 De Mullo 128
93 De Echeneide 128

INDEX CAPITVM Auctarij Ioachimi Camerarij.

1 De Cicadis 132
2 De Formicis 135
3 De Muscis 135
4 De Auibus hominum loquelas imitantibus 135
5 De Alcyone 136
6 De Anthia 136
7 De Ranis 139
8 De Sciuris 139
9 De Elephantis & Leonibus & Delphinis 139
10 De Equis & Canibus 140
11 De Gallinis 147
12 De Pulice 147
13 De Ceruis 148
14 De Anseribus & Suibus 158
15 De pugna Vrsi & Suis syluestris 158

FINIS.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΑΣΤΕΙΑ.

4

HIEROCLIS

PHILOSOPHI

FACETIÆ.

DE PRISCORVM STVDIOSORVM DICTIS ET EACTIS ridiculis, nunc primùm editæ

Cum Notis &

Variis variorum auctorum characteribus & notationibus Scholasticorum.

LVBDVNI.

CIƆ IƆC V.

LECTORI S.

Vulgaria est opinio, & quæ plerosque omnes indoctos præcepit, eos qui in aulas magnatũ aut scholas amandantur magistrorũ, non modo doctiores, sed moratiores inde revenire civilioresq́. Equidem de aulis nullus infitior, optimas esse officinas, ubi adolescentum expoliantur mores, urbana indatur astutia, ac in ipsa humana conversatione amabilitas. Sunt nimirum Aulici, si quod hominum genus, ut Ammonius loquitur, χαρίεντες καὶ ἐπιδέξιοι ἐν τῇ πολιτικῇ ὁμιλίᾳ: abesset tantum nuda illa simulatio & Spartana mentiendi ac fallendi promptitudo. Contra ea Scholastici homines sunt simplicissimi & falsare nescii; in mortalium cœtu inepti, inficeti, insulsi, stupidi, inertes, deniq́ ad omne opus aggrediendum inhabiles. quos ubi videris in congressu, risum vix est ut comprimas, ita salutati tergiversantur respondere, cum animo suo (opinor) prius disputantes, manus porrigenda sit an attrahenda, pes dexter an sinister flectendus an uterq́ simul, quod in rusticis observamus. Hic aliis confabulantibus veluti truncus adstat, ore hiante picturas aliamve rem objectam cum stupore contemplatur: alter, nemine advertente clam sese subducit, &, ut est apud Horatium, statuâ taciturnior exit: alius in mensa tamquam absens assidet, profundè cogitabundus quasi enthusiasta quidam (phantasta certius verius dixerim) in sublime cœlum raptus, nihil eorum quæ aguntur vel dicuntur pensi habens. unde cum ordo eum tangit vel sors, vel si obiter rogetur, ferè οὐδὲν πρὸς ῥόμβον, tantum abest

ut ad

ut ad aliorum quà gestuum quà morum formulam sese componere periclitetur. Ideò adolescentulos *optimus vitæ humanæ Arbiter* existimavit in scholis stultissimos fieri. quia nihil ex iis, quæ in usu habemus, vel audiunt vel vident. *Et quidam apud Athenæum*, Philosophi, *ait*,

Sermone solo sunt sapientes; ceteris
In rebus esse novi ego stultissimos.

Quod de illis dictum arbitror, quibus anima non est pro sale. quippe reliqui ne ipso quidem sermone. Exempla suggerit elegans iste libellus, quo Hierocles sive Pythagoricus ille fuerit, seu alius quispiam, χαρακτῆρα *expressit* ἀναισθησιας σχολαστικῆς. *Eum nuper, cùm otium esset, & animum oblectandi sicut in ludum mitterem, ex vet. lib. descripsi, transtuli, operaque tralaticia in usum tuum, Lector, castigaui, ut in eadem otii circumfluentia esset, unde tibi faceres volupe. Vale, & quam rem gerant Scholastici ante-veteres & nunc-novi, pariter cogita. Myrtilleti*

KAL. MART.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΑΣΤΕΙΑ.

I.

Σχολαστικὸς κολυμβᾷν βουλόμενος παρὰ μικρὸν ἐπνίγη. ὤμοσεν οὖν μὴ ἅψασθαι ὕδατος, ἐὰν μὴ πρῶτον μάθῃ κολυμβᾷν.

II.

Σχολαστικοῦ ἵππον πιπράσκοντος ἠρώτησέ τις, εἰ πρωτοβόλος ἐστί; τοῦ δὲ φήσαντος, δευτερόβολον εἶναι, ἔφη, πῶς οἶδας; ὁ δὲ εἶπεν, ἅπαξ ἐδούλευσεν ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου.

III.

Σχολαστικὸς φίλῳ συναντήσας εἶπε, καθ' ὕπνους σε ἰδὼν προσηγόρευσα· ὁ δὲ, συγγνωθί μοι, ὅτι οὐ προσέσχον.

IV.

Σχολαστικὸς νοσοῦντα ἐπισκεπτόμενος ἠρώτα περὶ τῆς ὑγιείας. ὁ δὲ οὐκ ἠδύνατο ἀποκριθῆναι. ὀργισθεὶς οὖν ἐξήλεγξεν, ἐλπίζω κἀμὲ νοσῆσαι, καὶ ἐλθόντι σοι μὴ ἀποκριθῆναι.

V.

Σχολαστικὸς ἵππον ἐπίπρασκεν. ἐλθόντος δέ τινος καὶ μανθάνοντος τὸν βόλον, εἶπε, τί σοῦ ὀδόντας αὐτοῦ τηρεῖς; εἶδε ὡς τρώγει καὶ περιπατεῖ.

VI.

Σχολαστικὸς ἰατρῷ συναντήσας, συγχώρησόν μου, εἶπε, καὶ μή μοι μέμψῃ, ὅτι οὐκ ἐνόσησα.

VII.

Σχολαστικὸς μῦν ἐθέλων πιάσαι συνεχῶς τὰ β-

βλία

HIEROCLIS PHILOSOPHI
FACETIÆ.

I.

Scholaſticus natare volens pæne ſuffocatus eſt. juravit igitur nunquam attacturum aquam, priuſquam natare didiciſſet.

II.

Ex Scholaſtico equum vendente quidam quærebat, an primojaculus eſſet? quo reſpondente ſecundojaculum eſſe, alter infit, vnde noſti? quia, ait, aliquando & me pariter & patrem meum eiecit.

III.

Scholaſticus amico obviam factus, inquit, in ſomno te viſum allocutus ſum. Cui ille, da mihi veniam quod non auſcultarim.

IV.

Scholaſticus ad ægrotum interviſens rogabat de valitudine. ille verò non poterat reſpondere. iratus ergo Scholaſticus hominem objurgavit, &, ſpero me quoq; ægrotaturum, inquit, tibiq; advenienti non reſponſurum.

V.

Scholaſticus equum venditabat. cùm verò accederet quidam & rogaret dentitionem, dixit, quid dentes ejus obſervas? vide ut comedat ac obambulet.

VI.

Scholaſticus medico obvians, ignoſce mihi, inquit, & noli quæſo iraſci, quod non ægrotaverim.

VII.

Scholaſticus murem capturiens, qua inceſſanter libros

βλία αὐτοῦ τρώσοντα, κρέας δακὼν ἐναντία ἐκάθισεν.

IIX.

Σχολαστικὸς θέλων τὸν ἵππον αὐτοῦ διδάξαι μὴ τρώγειν πολλά, οὐ παρέδωκεν αὐτῷ τροφάς. ἀποθανόντος δὲ τοῦ ἵππου τῷ λιμῷ, ἔλεγε· μέγα ἐζημιώθην· ὅτε γὰρ ἔμαθεν μὴ τρώγειν, τότε ἀπέθανεν.

IX.

Σχολαστικὸς οἰκίαν πωλῶν, λίθον ἀπ' αὐτῆς εἰς δεῖγμα περιέφερεν.

X.

Σχολαστικὸς * θέλων εἰ πρέπει αὐτῷ κοιμᾶσθαι, καμύσας ἐσοπτρίζετο.

XI.

Σχολαστικὸς οἰκίαν πριάμενος, καὶ τῆς θυρίδος προκύψας, ἠρώτα τοὺς παριόντας εἰ πρέπει αὐτῷ ἡ οἰκία.

XII.

Σχολαστικὸς κατ' ὄναρ ἰδὼν ἧλον πεπατηκέναι, καὶ δόξας ἀλγεῖν τὸν πόδα, περιεδήσατο. ἕτερος δὲ μαθὼν τὴν αἰτίαν ἔφη, διατί γὰρ ἀνυπόδητος κοιμῆσαι;

XIII.

Σχολαστικὸς νυκτὶ ἐπανέστηκε τῇ μάμμῃ αὐτοῦ. πληγὰς δὲ διὰ τοῦτο ὑπὸ πατρὸς λαβὼν, εἶπε· σὺ τοσοῦτον χρόνον τὴν μητέρα μου ὀχεύεις, μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ παθὼν, καὶ σὺ ὀργίζῃ ἐπὶ τῇ μητρί σου ἅπαξ με εὑρών.

XIV.

Σχολαστικὸς ἰατρῷ συναντήσας ὑπὸ τοῖχον

ἐκρύ-

bros ejus arrodebat, carnem mandens è regione ejus consedit.

VIII.

Scholasticus volens equum suum docere, ne multum comederet, nihil ei præbuit pabuli. tandem equo fame mortuo, magno damno, inquit, affectus sum: Cùm enim jam didicisset non comedere, mortuus est.

IX.

Scholasticus domum venditurus, lapidem ab ea avulsum in specimen circumtulit.

X.

Scholasticus scire studens, num se decoraret somnus, clausis oculis speculum inspexit.

XI.

Scholasticus in domo, quam emerat, de fenestra prospiciens interrogabat astantes, an se deceret illa domus.

XII.

Scholasticus in somnis sibi visus clavum impegisse, & pedem dolere ratus, obligavit. alius autem causa cognita, ait ad eum, ecquare discalceatus dormis?

XIII.

Scholasticus noctu adinivit aviam suam. ea re verberibus à patre exceptus, inquit; Tu tantum temporis matrem meam inis nihil à me perpessus, & mihi irasceris quem apud matrem tuam semel deprehendisti.

XIV.

Scholasticus medico occurrens post parietem

ἐκρύβη. τινὸς δὲ πυθομένου τὴν αἰτίαν, ἔφη, καιρὸν ἔχω μὴ ἀσθενήσας, καὶ αἰσχύνομαι εἰς ὄψιν ἐλθεῖν τοῦ ἰατροῦ.

XV.

Σχολαστικῷ ἔμπορος εἶπεν, ὅτι ὁ ποταμὸς ἔλασε τὸν ἀγρόν σου. κἀκεῖνος ἔφη, καὶ τί λέγω;

XVI.

Σχολαστικὸς ἀμιναῖαν ἔχων ἐσφράγισεν αὐτήν· τοῦ δὲ δούλου κάτωθεν τρήσαντος, καὶ τὸν οἶνον αἴροντος, ἐθαύμαζεν ὅτι τῶν σημάντρων σώων ὄντων ὁ οἶνος ἐλαττοῦτο. ἕτερος εἶπεν, ὅρα μὴ κάτωθεν ἀφῃρέθη. ὁ δὲ, ἀμαθέστατε, εἶπεν, οὐ τὸ κάτωθεν λείπει, ἀλλὰ τὸ ἄνωθεν μέρος.

XVII.

Σχολαστικὸς ἰδὼν στρουθία ἐπὶ δένδρου, λάθρα ὑπεισελθὼν ὑφαπλώσατο τὸν κόλπον, καὶ ἔσειε τὸ δένδρον, ὡς ὑποδεξάμενος τὰ στρουθία.

XIIX.

Σχολαστικὸς ἐν τῷ ἰδίῳ ἀγρῷ ἐξιὼν, ἠρώτα πιεῖν ὕδωρ, εἰ καλὸν, ἐν τῷ αὐτόθι φρέατι. τοῦ δὲ φήσαντος ὅτι καλὸν· καὶ γὰρ οἱ γονεῖς αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ ἔπινον. καὶ πηλίκους, ἔφη, εἶχον τραχήλους, ὅτι εἰς τοσοῦτον βάθος πίνειν ἠδύναντο.

XIX.

Σχολαστικὸς σχολαστικῷ συναντήσας εἶπεν, ἔμαθεν ὅτι ἀπέθανες. κἀκεῖνος, ἀλλ' ὁρᾷς με ἔτι, ἔφη, ζῶντα. καὶ ὁ σχολαστικὸς, καὶ μὴν ὁ εἰπών μοι πολλῷ σου ἀξιοπιστότερος ὑπάρχει.

Σχο-

sese abdidit. quodam autem causam quærente, dixit; jam diu est ex quo non ægrotavi, ideò erubesco prodire in conspectum medici.

XV.

Scholastico mercator nuntiavit, à præterfluente abactum agrum ejus. respondit ille, & quid dicam?

XVI.

Scholasticus vas vinarium, quod habebat, obsignaverat. quod cùm famulus subtus perforaret vinumque auferret, mirabatur is signaculis salvis vinum imminui. ad quem alter quidam, vide, inquit, ne subtus sit ablatum. at ille, stultissime, inquit, non inferior deficit, sed superior pars.

XVII.

Scholasticus, conspectis passeribus in arbore, clàm subiens expandit sinum, arboremque concussit, quasi passeres decidentes excepturus.

XVIII.

Scholasticus in agrum suum egressus, desiderabat bibere aquam, si pura, ex eo qui erat illic puteo. affirmantibus autem quibusdam bonam esse, & parentes ipsius ex eodem bibisse; ecquam longis, inquit, collis præditi erant, qui tantam profunditatem bibituri assequi potuere!

XIX.

Scholasticus scholastico obvius ait, intellexi te mortuum esse. Cui ille, atqui vides, inquit, me etiamnum vivere. & scholasticus; at verò, qui mihi dixit, multò te fide dignior est.

XX.

Σχολαστικὸς μαθὼν ὅτι ὁ κόραξ ὑπὲρ τὰ διακόσια ἔτη ζῇ, ἀγοράσας κόρακα εἰς ἀπόπειραν ἔτρεφεν.

XXI.

Σχολαστικὸς εἰς χειμῶνα ναυαγῶν, καὶ τῶν συμπλεόντων ἑκάστου περιπλεκομένων σκεύους πρὸς τὸ σωθῆναι, ἐκεῖνος μίαν τῶν ἀγκυρῶν περιεπλέξατο.

XXII.

Διδύμων ἀδελφῶν εἷς ἐτελεύτησεν. σχολαστικὸς οὖν ἀπαντήσας τῷ ζῶντι ἠρώτα, σὺ ἀπέθανες ἢ ὁ ἀδελφός σου;

XXIII.

Σχολαστικὸς ναυαγεῖν μέλλων πινακίδας ᾔτει, ἵνα διαθήκας γράφῃ. τοὺς δὲ οἰκέτας ὁρῶν ἀλγοῦντας διὰ τοῦ κινδύνου, ἔφη, μὴ λυπεῖσθε· ἐλευθερῶ γὰρ ὑμᾶς.

XXIV.

Σχολαστικὸς ποταμὸν βουλόμενος περάσαι, ἀνῆλθεν ἐς τὸ πλοῖον ἔφιππος. πυνθομένου δέ τινος τὴν αἰτίαν, ἔφη, σπουδάζειν.

XXV.

Σχολαστικὸς ἀπορῶν δαπανημάτων, τὰ βιβλία αὐτοῦ ἐπίπρασκεν, καὶ γράφων πρὸς τὸν πατέρα ἔλεγε· σύγχαιρε ἡμῖν, πάτερ· ἤδη γὰρ ἡμᾶς τὰ βιβλία τρέφει.

XXVI.

Σχολαστικοῦ παιδίον ἀπέθανεν· ἰδὼν δὲ πλῆθος λαοῦ συνελθεῖν, ἔλεγεν· αἰσχύνομαι εἰς τοσοῦτον ὄχλον μικρὸν παιδίον προφέρειν.

XXVII.

Σχολαστικοῦ υἱὸς ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς πόλεμον ἐκ-

πεμπο-

XX.

Scholasticus cùm audivisset corvum ultra ducentos annos vivere, ut periculum faceret, corvum emit & aluit.

XXI.

Scholasticus tempestate oborta navigans, cùm cæteri vectores obvia quisque arma, quibus enatarent, arriperent, ille unam ex anchoris amplexus est.

XXII.

Gemellorum fratrum unus diem obierat. Scholasticus igitur obviam factus superstiti, interrogabat, ipséne mortuus esset an frater ejus?

XXIII.

Scholasticus transfretaturus codicillos poscebat, quibus testamentum conderet. videns autem servos periculo suo angi, sic eos affatus est; nolite tristari; nam vos manumittam.

XXIV.

Scholasticus flumen volens trajicere, conscendit navem eques. petente quodam causam, dixit se festinare.

XXV.

Scholasticus egens sumptibus libros suos vendidit, & datis litteris ad patrem scripsit; Lætare nobiscum, Pater; jam enim libri nos alunt.

XXVI.

Scholastici puerulus obierat. Conspicatus autem magnam frequentiam populi ad funus convenire, ait; Erubesco in tantam turbam parvum puellum efferre.

XXVII.

Scholastici filius à patre in militiam missus, re-

πόμενος ὑπέσχετο ἑνὸς τῶν ἐχθρῶν κεφαλὴν ἀγαγεῖν. ὁ δὲ ἔφη, δέχομαι καὶ χωρὶς κεφαλῆς σε ἐλθόντα, μόνον ὑγιῆ ὄντα ἰδεῖν, καὶ εὐφρανθῆναι.

XXIIX.

Σχολαστικῷ φίλος ἔγραψεν εἰς Ἑλλάδα ὄντι, βιβλία αὐτῷ ἀγοράσαι. ὁ δὲ ἀμελήσας, ὡς μετὰ χρόνον τῷ φίλῳ συνωψίσθη, εἶπε· τὴν ἐπιστολὴν, τὴν περὶ βιβλίων ἀπέστειλάς μοι, οὐκ ἐκομισάμην.

XXIX.

Σχολαστικὸς καὶ φαλακρὸς καὶ κουρεὺς συνοδεύοντες συνέθεντο πρὸς τέσσαρας ὥρας βιγλεῦσαι. ἔλαχεν οὖν πρῶτον τῷ κουρεῖ. ὁ δὲ μετεωριζόμενος τὸν σχολαστικὸν κοιμώμενον, ἐξύρισεν, καὶ τῶν ὡρῶν πληρωθεισῶν διύπνισεν. ὁ δὲ κνηθόμενος ἀφ᾽ ὕπνου τὴν κεφαλὴν, καὶ εὑρὼν αὐτὴν * ἔφη· μέγα κάθαρμα ὁ κουρεύς· πλανηθεὶς γὰρ, ἀντὶ ἐμοῦ τὸν φαλακρὸν διύπνισεν.

ΤΕΛΟΣ.

sus, recepit se unius hostium caput allaturum. at hic, velim vel te, inquit, absque capite redire, modò salvum videre & lætari possim.

XXIIX.

Ad Scholasticum in Græcia versantem amicus litteras dedit, quibus ab eo petiit ut quosdam sibi libros compararet. at hic, neglecto negotio, ut post tempus in amicum incidit, ait; epistolam, quam de libris ad me misisti, non accepi.

XXIX.

Scholasticus calvusque & tonsor unà ambulantes, in quatuor usque horas pacti sunt vigilare. tetigit autem sors primò tonsorem. Hic sublevans dormientem scholasticum rasit, horisque elapsis expergefecit. qui scalpens à somno caput, ubi id arrasum esse sensit, exclamavit; magnum scelus iste tonsor: errans enim, pro me calvum excitavit.

FINIS.

NO-

NOTAE IN
HIEROCLIS FACETIAS.

SCholastici *dicuntur litterarum studiosi, qui &* Studentes. *nam in Isidori glossis legitur;* Pappas, pædagogus, qui sequitur studentes. *Vulgatiori tamen appellatione* Scholares. *unde in vet. Onomastico;* Scholaris, σχολαστικός. *& apud Quintilianum Instit. orat. lib. II. de officio discipulorum;* In ipsos cœtus scholarium læti & alacres convenient. *quam lectionem præferunt libb. vett. nec causa fuit cur Raph. Rhegius sollicitaret, primus nec indiligens eius scriptoris castigator atq. interpres. multo minor Henr. Bebelio, ut apud Martianum Capellam* τὸ Scholarium *mutaret in* Scholasticorum, *verbi, uti refert, barbarie offensus, quam verò nec prisci illi Theologi nec Iureconsulti refugêre. illud rectè atq. ordine censuit, libellum* De disciplina scholarium, *qui Boëthii nomine circumfertur, non esse Romani illius Consulis, nec adeò Latini cuiusquam scriptoris, sed barbari ac inidonei. hoc, inquam, verè censor ille non ex pessimis, & princeps litterarum apud Germanos instaurator. At verò antiquitus* Scholastici *dicti ipsi Philosophi, seu dicendi ac docendi magistri. quod nomen iam Theophrasti ævo usurpari cœptum est, & ad patrum usq. memoriam inolevit. dicebantur etiam* Sophistæ. *sed ut horum pravo instituto & corruptis moribus impetratum fuit, ut omnes nomine illo insignirentur, qui prudentes veritatem fallerent, non aliter atq.* Tyranni, Scurræ, *& similes hominum degeneres, ita scholasticorum incivili studio & morosa*

vita

vita effectum, vt tamquam inepti ac bardi digitis demonstrentur à populo. Hinc id genus hominum inquiebat Epictetus esse ζῶον ὃ πάντες ἐπιγελῶσιν, *ut scribit Arrianus in Comment. Et Plinius in epist.* Scholastico homine nihil *ait* esse simplicius. *A quorum moribus unamquamq; vel minimam rem concisè cum stupore cogitantium etiam* Phantastas (Fantast) *Græco vocabulo appellamus, qui ineptè quid aut dicunt aut faciunt. Et quia in hacce stupiditate se solos sapere sua persuasione credunt, inde, meâ sententiâ, sanctissimum* Sapientis *nomen, quod solis diuinarum atq; humanarum rerum peritis tributum, ad stultos per ludum ac iocum traductum est. quod ipsum non obscurè innuit Felix Fabri, qui in sua Sueuorum hist. lib. 1. cap. 8. ita scriptum reliquit;* Lingua Theutonica Frantzig idem est quod comptus moribus. unde ironiæ vulgares aliquem nominant Frantz, (Francum) (Fratz) qui est incompositus & immorigeratus, sicut etiam stultos nominãt sapientes. *quin* philosophari *eos, qui in convivio ac mensa parum decenter sese gerunt, Alanus dicit in lib. de planctu naturæ; cujus verba adducit commentator Boethianæ Philosophiæ Thomas Aquinas, si titulus non mentitur auctorem. Verùm ne longius loquar, Scholastici sunt, qui in pulvere litterario degunt vitã, nec ad forum umquam accedunt, nec ullos ambiunt honores, sed in umbris scholarum, veluti vulpes in cavernis latitant. unde à vulgo* scholasticæ vulpes (Schulfuchs) *jure ac merito suo audiunt, & à nonnullis* Calamysii (Kalmeuser) *id est (nam Græcè melius exprimitur)* μύες καλαμοτρῶγοι, *quod instar*

muri-

murium in antris suarum scholarum calamos arrodant, *Petronio peraccommodanter* doctores umbratici. inter quos, *ait in eodem negotio Satyricus*, qui nutriuntur nõ magis sapere possunt, quàm benè olere qui in culina habitant. *Atq; hoc, aut vehementer animi fallor, aut Hierocles noster voluit facetiarum suarum* ἐπιμύθιον *esse*.

in II.

Πρωτοβόλος) *Vt constaret facetiæ sua elegantia, fingendæ erant nouæ voces. itaque maluimus vertere* primojaculus & secundojaculus, *quàm quovis alio modo, quo Græcæ linguæ ignari non caperent dicti gratiam.* Βόλος *est dentitio seu dentium emißio. infrà in 5.* καὶ μανθάνοντος τὸν βόλον. *Aristoteles lib. 5. hist. animal.* ἀκμάζει δὲ καὶ ἵππος καὶ ἡμίονος μετὰ τοῦ βόλους.

Ἐδούλωσεν) *nihili hoc verbum est. Lego*, ἐβόλωσεν. βολοῦν *est* βάλλειν, *ejicere, excutere. non enim vult portatos se ab equo, sed excussos. quo in verbo latet* τὸ ἀστεῖον.

in IX.

Παρέβυκεν) *an* παρέβυσεν? & παραβύειν *interpretor* παρέχειν, *vel* παραδιδόναι.

in X.

σχολαστικὸς * θέλων) *excidit verbum* εἰδέναι, *vel* γινώσκειν, *aut tale quod.*

in XII.

Κοιμῆσαι) *manifestarium mendum. MS. in margine habebat adscriptum* καθεύδεις, *sed manu recenti, & quidem, nisi fallor, Sylburgii. an leg.* κοιμάεις? *an verò* κεκοίμησαι? *illud magis est.*

in XIII.

in XIII.

Νυκτὶ ἐπανέστηκε τῇ μάμμῃ) Obscenus sensus hujus facetiæ, flagitium continentis infandum; obscurus tamen. sic est. Scholasticus iste fuit privignus, quem avia, id est mater vitrici, affectu non materno sed amore deperibat plusquā novercali ad incestas res sollicitando. & quia nox nihil moderabile suadet, et si Phædra fuit, non invenit Hippolytum. Deprehensi ergo nequam illud facientes, à patre & verbis & verberibus objurgatus filius regerit &c. ἐπανίστασθαι, συνουσιάζειν. In vet. Onomastico; Adineo, ἐπαφίημι. leg. ἐπανίστημι. nam idem auctor inibidem; Ineo, ἐνίσταμαι. quippe adinire, pro ἐπαφιέναι vix est ut Latium admittat. ad rem facit illud Martialis epigramma;

Quam blanda est tibi mater, Ammiane!
Fratrem te vocat, & soror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt?

ὀχεύεις) in MS. erat ὀχλεύεις. an & ipsum in obscenis, sicut κινεῖν? Aristophan. in Nubib: ἐκίνει ἀδελφὸς τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν.

in XVI.

ἀμιναίαν) nuspiam à me lectum in abstracto, nedum in hoc significatu. Nomen invenit à loco, ut & vinum ipsum apud Hesychium. hinc apud Dioscoridem lib. 1. cap. 78. legend. σμύρνης Ἀμιναίας, ut Ἀμιναία σταφυλὴ lib. 5. cap. 6. vites Aminææ apud Catonem de Re rust. & Plinium lib. 14. cap. 2. & 3. Apud eumdem lib. 12 cap. 16. ubi loquitur de generibus myrrhæ; Troglodytica silvestrium prima, Erythrea sequens, & Minæa, in qua Stactea & Atramitica est: legendum omninò, & Aminæa, i.q.

St. & Aramitica est. *Et post paulò in eodem cap.* Erythrææ ad XVI. hanc volunt Arabicam intellegi: *legend.* Aramicam. *Nam in eadem specie à Plinio ponitur myrrha Erythræa, Aminæa, Stactea, Aramica, Gebanitica, & Ausiritis. Est autem* Aramia *eadem quæ Arabia Felix*, peninsula inter duo maria, Rubrum Persicumq; procurrens, *ait ipse Plin. lib. 6. cap. 28.*

in XIIX.

Εἰς τοσοῦτον βάθος πίνειν) *Nihil mutandum. sic infrà in 21.* εἰς χειμῶνα ναυαγῶν. *& in 27.* εἰς Ἑλλάδα δούλι. *phrasis est Græcis solentissima.*

in XXI.

Περιπλεκομένων σκεύους) *Scripsit sine dubio* σκεύος, *quod rectum est. itaq; emendanda pariter ac integranda est illa, quæ Prochori nomine circumfertur, historia de S. Johanne Evangelista, in qua hactenus vulgatur;* πλευσάντων δὲ ἡμῶν ἐν τῷ κινδύνῳ *&c.* ἕκαστος ἡμῶν ὅπερ ἐπέλαβεν σκεύει * τούτῳ καὶ συνανεπλέομεν. *corrigo;* σκεῦος, τούτῳ *&c. expreto asterisco. nihil deesse sensus ostendit integer atq; commodus; & mox sequitur;* οὕτως ἡμᾶς δι' οὗ ἐκράτησεν σκεύους τοῦ πλοίου *&c. Sunt autem* σκεύη, *quæ Petronio* arma, *aliis quibusdam* armamenta.

in XXIII.

Ἐλευθερῶ γὰρ ὑμᾶς) ἐλλειπτικὴ ἀσδοῤῥημοσύνη. *Dubitabat Anacharsis in mortuisne an in vivis numerandi essent* οἱ πλέοντες, *quoniam, ut dicebat idem, tantum illi absint à morte,* ὅσον ἐστὶ τὸ πάχος τῆς νεώς, *narrante* Laërtio. *Quum ergo Scholasticus iste animadverteret servos suos hejulari propter illud discrimen, sic*

eos al-

eos allocutus est; Ne contristemini: si quid enim periculi me dederit pessum, igitur ego vos solvam manu. Ridiculum itaq; in eo est, quod se à morte dixerit servos liberaturum. Potest verò & simplex retineri sensus. nam servi etiam mortis causa manumittebantur testamento, de quibus sunt tituli Pandect. & Cod. De manumissis testamento, De statu liberis, De fideicommissariis libertatibus, *nominabanturq;* Servi Orcini, *h. e.* Acheruntici, *seu, ut Theophilo placet*, χαρωνιακοί.

in XXIX.

Βιγιλεῦσαι) *in MS. erat* βιπλεῦσαι. *Sed* βιγιλεῦσαι *Latinorum est* vigilare. *non enim Latini à Græcis, sed & Græci posteriores à Latinis multa & verba & genera dicendi mutuati sunt.*

αὐτὴν * ἔφη) *Decrevit nomen* ψιλὴν, *aut hujusmodi quod adjiciendum.*

Μέγα κάθαρμα) κάθαρμα, *Scelus, homo nequam & abjectis vilior algis. Gloss. Græcolat.* κάθαρμα, ἐπὶ ὕβρεως, purgamentum. *Iul. Pollux l. 5. c. 46.* τῶν ἐν ταῖς τριόδοις καθαρμάτων ἐκβλητότερος. *Lucianus;* καὶ ἐξονειδίζει ἀνδράποδα καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν. *Philo Iudæus;* καθάρματα καὶ παρενοχλήματα καὶ γῆς ἄχθη καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀποκαλοῦσι. *originationem tradit Ammonius* περὶ διαφόρων λέξεων *scribens;* καθάρματα, τὰ μετὰ τὸ καθαρθῆναι ἀπορριπτούμενα.

FINIS.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΕΡΕΣΙΟΥ

περὶ ἀναισθησίας χαρακτήρ.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ ἀναισθησία, ὡς ὅρῳ εἰπεῖν, βραδυτὴς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν. ὁ δὲ ἀναίσθητος, τοιοῦτός τις οἷος λογισάμενος ταῖς ψήφοις καὶ κεφάλαιον ποιήσας, ἐρωτᾶν τὸν παρακαθήμενον, τί γίνεται; καὶ δίκην φεύγων, καὶ ταύτην εἰσιέναι μέλλων, ἐπιλαθόμενος εἰς ἀγρὸν πορεύεσθαι. καὶ θεωρῶν ἐν τῷ θεάτρῳ μόνος καταλείπεσθαι καθεύδων. καὶ πολλὰ φαγὼν τῆς νυκτὸς, καὶ ἀπὸ θάκου ἀνιστάμενος, ὑπὸ κυνὸς τῆς τοῦ γείτονος δηχθῆναι. καὶ λαβὼν καὶ ἀποθεὶς αὐτὸς, τοῦτο ζητεῖν, καὶ μὴ δύνασθαι εὑρεῖν. καὶ ἀπαγγέλλοντός τινος αὐτῷ ὅτι τετελεύτηκέ τις αὐτοῦ τῶν φίλων, ἵνα παραγένηται, σκυθρωπάσας καὶ δακρύσας, εἰπεῖν, ἀγαθῇ τύχῃ. δεινὸς δὲ καὶ ἀπολαμβάνων ἀργύριον ὀφειλόμενον, μάρτυρας παραλαβεῖν· καὶ χειμῶνος ὄντος μάχεσθαι τῷ παιδὶ, ὅτι σικύους οὐκ ἠγόρασε· καὶ τὰ παιδία ἑαυτοῦ παλαίειν ἀναγκάζων, καὶ τροχάζειν, εἰς κόπον ἐμβάλλειν. καὶ ἐν ἀγρῷ αὐτὸς φακῆν ἕψων δὶς ἅλας εἰς τὴν χύτραν ἐμβάλλων, ἄβρωτον ποιῆσαι. καὶ ὕοντος τοῦ Διὸς, εἰπεῖν, ἡδύγε τῶν ἄστρων νομίζει, ὅτι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι πίσσης. καὶ λέγοντός τινος, πόσους οἴει κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς; πρὸς τοῦτον εἰπεῖν, ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο.

THEO-

THEOPHRASTI ERESII
Descriptio Stupiditatis.

*STupiditatem quoque definire possis, ut sit animi tarditas, seu dicendum seu faciendum sit aliquid. Stupidus verò is est, qui sedens ad calculos, postquam rationes putavit, & summam subduxit, roget eum qui sibi assidet, Summa quæ est? Ac quum ei litem aliquis intenderit, ubi ad diem illum ventum est, quo disceptari causa debet, eius oblitus in agrum proficiscitur. Sæpe etiam sedens in theatro ad spectandum, discedentibus aliis somno obrutus ibi relinquitur, quippe qui se ad multam noctem cibis ingurgitarit; ac tandem sede sua exsurgens in canem vicini incidit, à quo mordetur. Idem quod acceperit ipse ac recondiderit, id ipsum quærere solet, reperire autem non potest. quumque nuntiatur illi, obiisse aliquem ex familiaribus ipsius, ut veniat exsequias, tum ille vultu ad mœstitiam composito, lacrymas etiam fundens, Benè, inquit, eveniat. Debitas autem pecunias recipiens, testes sibi ascissit: & vigente hieme, cum famulo, quod cucumeres non emerit jurgatur. Puerulos quin etiam suos, ut lucta se exerceant, cursu contendant, usque ad lassitudinem immodicam, cogere solet. In agro lentem ipse coquens, sale bis in ollam injecto, ut mandi nequeat, efficit. quumque à Jove pluit * Rogatus ab aliquo, ecquot putet Sacra porta elatos mortuos: quot utinam, respondens ait, ego & tu haberemus.*

EX C. PETRONII ARBITRI Satyra Scholastici hominis character.

NUM alio genere furiarum declamatores inquietantur, qui clamant, Hæc vulnera pro libertate publica excepi, hunc oculum pro vobis impendi: date mihi ducẽ qui me ducat ad liberos meos; nam succisi poplites membra non sustinent. Hæc ipsa tolerabilia essent, si ad eloquentiam ituris viã facerent: nunc & verborum tumore, & sententiarũ vanißimo strepitu, hoc tantum proficiunt, ut cum in forum venerint, putent se in alium terrarũ orbẽ delatos. Et ideo ego adolescẽtulos existimo in scholis stultißimos fieri, quia nihil ex iis quæ in usu habemus, aut audiunt aut vident; sed piratas cum catenis in litore stantes, & tyrannos edicta scribentes quibus imperent filiis ut patrum suorum capita præcidant; sed responsa in pestilentia data, ut virgines tres aut plures immolentur; sed mellitos verborum globolos, & omnia dicta factaq; quasi papavere & sesamo sparsa. Qui inter hæc nutriuntur, non magis sapere possunt, quàm benè olere qui in culina habitant. &c.

EX JACOBI SADOLETI EPISCOPI CARPENTORACEN. libello De liberis rectè instituendis, descriptio Scholastici.

HAc institutione omnis planè ejicitur ex animo ingenuitas, & virtutis indoles obsolescit. hoc enim ex genere morosi, & difficiles, & molesti homines efficiuntur, nec cæteris solùm, sed sibi ipsi infesti, omnia quasi semper desperantes, iidem lucifugi, pu-

gi, pusilli, ubi in cœtus se dedêre, ridiculi, siti propè in angulis, nihil lætum & liberum in animo comprehendentes, oppleti mentem sordibus, & minutißimis occupationibus: quo quid virtuti, gravitati, dignitati, altitudini animi fieri potest inimicius?

EX JOANNIS STURMII INstitutione Principis notatio inepti magistri.

R*Idicula doctrina est in arrogantia, morositate, fastidio, levitate. si tamen docti haberi possunt, in quibus hujusmodi sunt animi motiones. Quamquam sunt in omni genere magnorum hominū aliqui inepti: ut Oratores Erucii, Curtii, Mamerci; Poetæ, ut Marsi, & Zoyli, & Chærili; Senatores, ut Valgulæ, Aselli, Mancii; Imperatores etiam & duces, ut Thersitæ, Glauci: in quibus nō scelera vituperamus, sed ridentur ineptiæ. &c. Sed fastidiosos, opinatores, arrogantes, rixatores, morosos, denique ineptos, nemo aspicit quin rideat propter ridiculum, aut doleat causa literarum.*

Ex ULRICI HUTTENI EQ. FRANCI Aulâ notatio Philosophi.

O*Mnes qui in umbra philosophantur, nec aliquando ad res gerendas accedunt, quod sciunt nesciunt. Nam ut in tranquillo navim quilibet facile gubernat, ita in isto otio unam quamq; rem strenuè laudant vel vituperant, aut utrumq; faciunt: & consilia dant, ac de rebus maximis acutißimè interdum disputant, verbis abunde instructi, re penitus inutiles, & ad omne opus nisi exerceantur prius, inepti. Iam ego enim, quē in usum toties caput scabo? ungues rodo? Qui si hodie rerum administra-*

tioni

tioni admovear, omnia imperitè egero, in consiliis absurda, & nihil ad rem suasero, ut iure exclamaturus sit aliquis: Bove cives leporem venamur. *Id quod illis quoque contingere videmus, qui multos postquam annos in libris versati, multa ac varia bellorum genera legerunt, aliqui etiam scripserunt, opus aggressi nihilo peritiùs rem militarem tractant. adeò peritè aliquid facere aliud est, quàm disertè dicere. At semper legere, semper meditari, aut scribere etiam, vel disserere, si nihil agas prӕtereà, quӕ tandem vita est? Mihi enim vivere non videtur, qui, quod nostri aiunt,* sibi vivit. *Adde hoc, quod hi, qui in studiis litterarum diutius versantur, non tantùm interim non experiuntur res ipsas, verùm etiam fiunt plærumque obeundis negotiis inepti. unde suis ut plurimùm moribus vivunt, ab aliorum convictu abhorrentes. Quos spectare licet, si quando hominum frequentiӕ admoti fuerint, quàm sint in omnibus difficiles, quamque morosi & communi planè sensu carentes. Audent tamen interim nulli non sua exprobrare vitia, ac Reges incessunt ut stupidos, è medio tollunt militiam, omnem rei familiaris curam ut supervacuam damnant, in diem vivendum docentes; divitias risu, voluptatē convitiis insectantur; rident fora, rident leges: non navigare, non equitare per illos licet, puto non cacare etiam; & quӕ maxima pestis est, coniugia quoque ut rē frivolam detestantur, & humani generis propagationi operā dandam non putant; vellent mundum desertum reddere, ut neque ipsi essent. Quid enim ista sibi volunt,* optimum non nasci; proximum, citò natum aboleri? &c.

FINIS.

ΜΑΡΚΟΥ ΤΥΛΛΙΟΥ

ΚΙΚΕΡΩΝΟΣ,

ὁ ὑπὲρ τοῦ ἈΡΧΙΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ,

Ἐκ τῆς τῶν ῥωμαίων γλώττης, εἰς τὴν ἑλληνικήν,

παρὰ τοῦ

Μαίστρου τοῦ ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΖΟΡΑΒΙΟΥ, ἐπὶ τῆς τοῦ Κρακοῦ πόλεως τῇ Ἀκαδημίᾳ, τῆς Φιλοσοφίας διδασκάλου καὶ καθηγητοῦ, μεταφρασθείς.

Ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας, χιλιοστῷ ἑξακοσιοστῷ τριακοστῷ δευτέρῳ.

M. T. CICERONIS,

Pro Archia Poeta

ORATIO,

Ex Latino ſermone, in Græcum,

A

Magiſtro NICOLAO ZORAWSKI, in Academia Crac: Philoſophiæ Doctore, & Profeſſore, tranſlata.

ANNO à Natiuitate DEI, M. DC. XXXII.

παρὰ τῷ Φραγκίσκῳ καισαρίῳ.

IN STEMMA

Jllustrissimi Domini,

D. VLADISLAI DOMINICI,

Ducis in Zasław

OSTROGSKI,

&c. &c.



Θρησκείαν στερεὴν δηλοῖ αὐγοῦσα σελήνη,
Οἰκία ἣν εἶχεν, πάντοτε Δοῦκα σέο.
Ἀστὴρ ἀλλὰ διδάσκε, μικρὸν σὲ μηδὲν ἐφορᾶν,
Τὸ δὲ βέλος, ῥώμην ἐν πολέμοισι θέμιον.

JLLVSTRISSIMO DOMINO,

D. VLADISLAO DOMINICO,

DVCI in Zasław

OSTROGSKI,

COMITI in Tarnow, &c. &c.

Domino ſuo obſeruandiſſimo.

M. NICOLAVS ZORAWSKI, in Acad. Crac. Philoſophiæ Doctor, & Profeſſor. S. P. D.

TErtius iam annus voluitur Jlluſtriſſime DVX, ex quo aderam Leopoli ſub tempus Synodi gentis Roxolanæ, in qua Jlluſtriſſimus ac Reuerendiſſimus eorum Metropolita, nec non reliqua vtriuſq; ſtatus Vnitorum Eccleſiæ Romanæ turba, cum Conſtantinopolitanæ Sectatoribus, vt ſub vno Paſtore, Romano ſcilicet Pontifice vi-

uerent, erant inter ſe deliberaturi. Quod poſteaquam cognouiſſem ego, vt qui τὸ ἑλληνικὸν παιδιόθεν ἀεὶ ἐφίλησα, ſciremq́; eam nationem Græcis gaudere Ceremoniis, non abs re me facturum exiſtimaui, ſi Græcè quoq́; in aſſignato publico loco, magno qui tum aderat concurſu hominum, ne in eo negotio, quod animarum ſalutis ergo ſuſceperant, Schiſmatica pars fluctuaret, adhortarer. Ac quidem perſpectus mihi fuit Status Cauſæ & cardo in quo tota voluebatur controuerſiæ difficultas. Excuſa erat tota Hiſtoriæ antiquitas, quæ origionem religionis, occaſionem, modum quoq́; ſatis luculenter edocuit. Aderant rationes firmiſſimæ, quæ oſtendere debebant, Patriarcham Conſtantinopolitanum ſemper Pontificem Romanum pro capite agnouiſſe, ipſiq́; primatum in Eccleſia Dei, & primum ac immediatum poſt D. Petri mortem, locum & regimen conceſſiſſe. Fuit præterea hominum in me fauor & ſtudium incredibile, maximè verò (quem honoris cauſa nominabo) Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini D. Andreæ Prochnicki, Archiepiſcopi Leopolienſis, Senatoris prudentiſſimi, & literatorum amantiſſimi extitit ſingularis propenſio: qui me per Admodū

Reue-

Reuerendum Dominum Melchiorem Stephanidam, eiusdem Ciuitatis Canonicũ dignissimũ, ne in proposita mentis meæ cogitatione desisterem, humanissimè hortatus est. Atq; vt rem prolixiorem in pauca contraham, omnia mihi iam tunc erant parata, solaq; dies 28. Octobris, quæ prima Sessionis esse debebat expectabatur, cum ecce, qui aduersæ partis se venisse in caussa diceret, adest nemo. Ita non cogitati modò mei, sed totius etiam Vnitorum confluxus, illa absentia partis alterius, irrita & ad Scopum quem sibi præfixerat, non perducta fuerunt conamina. Illustrissimus sanè piæ memoriæ Parens Tuus. qui illius Synodi tunc & protector, & promotor, & planè author fuit, vna cum bonarum partium omnibus, quod promissorum pactis non staretur tulit acerbissimè, Quod verò ad meam pertinebat παραίνεσιν, cupere se eam, si tunc ore proferri non potuit, saltem typis mandatam sub suo Illustrissimo nomine inter homines posse diuulgari. Quare reuersus Cracouiam dum omnem lapidem moueo vt eam quam correctissimè oculis & iudicio hominum exhiberem, atq; etiam, quæ in dies magis ac magis doctior fit posteritati haud iniucundam: en rumor mæstissimus,

 non

non meas modò, ſed omnium prorſus aures & animos complet, eum morte interceptum non amplius corpore iam nobiſcum, ſed tantum factis Heroicis, quæ in religionem, Rempub. ac in omnes bonos geſſit ſuperſtitem permanere. Quid faciam tali in caſu poſitus? patiar ne me auelli à ſuſcepto negotio? Nullum adeò firmum malum eſt, cui aliquid quod mederi illi poſſit non inueniatur. Itaq; Tu primus occurrebas, de quo tacita apud me cogitatio ne quid aliter facerem hortabatur. Videbam enim Te non nominis tantum Illuſtriſſimi Genitoris Tui eſſe participem, ſed omnium etiam virtutum quibus ille excellebat hæredem & viuam imaginem extitiſſe; quo circa etiam ſperabam, παραίνεσιν illam, ſi ſub Tuis auſpiciis in lucem prodiret, non minus Tibi quam ſi ipſi gratam & iucundam futuram. Sed dum hæc mente diligentius reuoluo, neſcio quis Genius ne id facerem diſſuaſit. Retraxit me inprimis eam in lucem proferendi meus bis fruſtraneus conatus, vt quaſi ominoſum eſſet, tertio illam diuulgare velle: præſertim cum & occaſio quæ antea fuit opportuna, nunc protractione temporis longiori omnino euanuiſſe videretur. Iam vero illi ad quos maximè pertinere deberet,

adeò

adeò essent contumaces & σκληροτράχηλοι, ut eam non modo non lecturi essent, sed etiam, omnino cane & angue magis fugituri. Quare optimo consilio me facturum existimaui Illustrissime Dux, si loco illius Tibi Orationem Ciceronis pro Archia Poëta scriptam & declamatam olim ab illo latinè, à me verò nunc Græcè in vsum & vtilitatem Studiosæ iuuentutis Academiæ Cracouiensis translatam dedicarem. Nam cum & Tu ipse hucusq; penes eandem in conuersatione Doctorum esse voluisti, ab eaq; antequam à grauioribus negotiis vrgerere, tanquam à fonte Scientiarum omnium, riuulos Sapientiæ præcipuos haurire decreuisti: nil fuit conuenientius, quam Tibi proferre aliquid ea lingua scriptum, qua omnes thesauri scientiarum traditi sunt. Aristoteles certè si latinè legatur durus nimium & obscurus est: idem si Græcè iucundissima quædam narratio: ita, vt si ab omnibus, eo quo scripsit sermone intelligeretur, non esset necesse vt tantis nos quæstionibus, tot, ac tam scrupulosis labyrinthis implicaremus. Politicorum verò in regenda Repub. præceptiones, varij euentus casuum, belli & pacis temporibus, à nullis aliis melius, præterquam à Græcis sunt tractati & expressi

 scripto-

ſcriptoribus. Quorum cognitio cum magis ad Te Illuſtriſſime Dux quàm Logices aut Phyſices pertineat, quod ad Rempub. adminiſtrandam natus ſis, an mihi quis vitio vertat, quod Tibi Orationem hanc dedicarem, ad quam Tu legendam, primum nominis Tui inſcriptione allectus, tandem amore & dulcedine linguæ captus, reliquis per Te ipſum, qui Tuo ſtatui conueniunt ſcriptoribus, abſq; interprete frui poſſis? Nam ſi quis Te in tanto ſplendore fortunæ Tuo, tanto comitatu familiæ, tot deniq; aulicis negotiis intricatum eſſe dicat, quominus hiſce quæ Tibi à me offeruntur vacare poſſis, vehementer errat. Velim enim perſuadeat is ſibi, aliam longè principibus & excelſo loco natis eſſe indolem & naturam diuinitatis in ſe particulam continentem, ab his qui non ita altè nimis educantur. Nam quod his difficile eſt, illis facillimum: quod illis familiare & proprium, in his impoſſibile omnino & inſtar miraculi reperitur. Francorum certè Reges leproſos ſolo contactu ſanare dicuntur. Iulius Cæſar, vno tempore pluribus ſcriptoribus, in diuerſa materia, res à ſe multum diſtantes dictitabat. Mithridates Bithiniæ Pontiq; Rex laudatur à Gellio, quod cum duabus

bus & viginti nationibus imperaret, ipſarum lingua ſingulis, non minus ſcitè locutus ſit, quam ſi gentilis earum eſſe videretur. Atq; vt in Te ipſo id verum eſſe oſtendam Jlluſtriſſime Dux; quis ita vecors fuit, qui non miraretur Tuam illam prudentiam, illam liberalitatem, illam humanitatem, quam dum eſſes Petricouiæ pro Tribunalitiis iudiciis arbiter Deputatus, ſummis, mediocribus, infimis exhibebas? quæ omnia tanta in Te erant, vt dum prima illa rudimenta & quaſi incunabula virtutis Tuæ, eo in primo officio Tuo & dignitate conſtitutus ibi deponeres, Atauorum, Auorum, Parentis deniq; Tui, ac totius inclytæ ZASŁAVIORVM *Domus referre veram imaginem viderere. Atq; hæc omnia in tenera Tua ætate, & quæ nondum in virum creuit à Te ita geſta ſunt, vt omnino Tibi Diuinitatis vim ineſſe quandam nemo eſt qui reluctetur. verùm vt his laudibus virtutum tuarum in aliud tempus & occaſionem reiectis, rationes quæ me ſub Tuo Jlluſtri nomine edere hunc laborem meum compulerunt vlterius proſequar, fuit & hæc quæ ſequitur non contemnenda. Nam cum eo vel maximè Studioſam iuuentutem Academicam (eam præſertim quæ Nouo-*

 dworſcij

dworscij Herois in Musas liberalissimi praeceptoribus vtitur) ad Graecanicas literas inflammare vellem, sciremq; eam frequenter ab illis nescio cuius culpâ abhorrere solere: ne illas contemneret in posterum, optima ratione illi praefigi Tuum Illustre nomen curaui. Etenim cum omnibus fermè in rebus multum refert, quid aliquis aliqua de re sentiat & opinetur: ac ea opinio hominum saepenumero ab eorum accidentium consideratione, quae illi ab extra veniunt, non quae intus haerent existit; fient profectò Graecae literae aliquo apud eos in honore, ad quas ediscendas ego, cum hunc laborem meum instar facis praeferens, eundem non alicui viliori personae, sed Tibi, quem vniuersa iuuentus tanquam solem rutilantem intuetur, antiquâ Ducum è stirpe progenito dedicarim. Excipe ergo Illustrissime Dux Orationem pro humanitatis studijs scriptam quaeso humaniter. Tuis auspicijs discat studiosa iuuentus eam linguam, quâ tot Heroes olim, tot Philosophi, tot Imperatores, ipsa deniq; humanarum diuinarumq; rerum sapientia locuta est. Cuius vtilitas tanta, vt nemo perfectè aut saltem iucundè Philosophus, nemo Orator, nemo Theologus, qui aliquid de

eadem non deguſtaret. Dulcor verò & ſuauitas tanta, quanta ab his percipi poteſt, qui de fonte ipſo potius & non de riuulis haurire didicerunt. Meum profectò erit Deum Optimum precari, vt non modo Te Jlluſtriſſime Dux ſaluum & incolumem diu viuere concedat: verum etiam ab Academia hac inclytâ, cuius inſtitutioni Te totum tradidiſti, cùm alijs artibus & ſcientiis, tùm etiam Græca lingua ſapientiam aſſecutum, in conſilijs dandis aliquando Reipub. atq; ab ea periculis remouendis, Diuinum quid faciat apparere. Datum Cracouiæ è Collegio minore, IV. Cal. April. Anno 1632.

Ad

AD

Studiosam iuuentutem.

ACADEMICAM Nouodworscianam.

ἘΞΈΓΕΡΣΙΣ.

QVòd quondam diuinus ille Plato pro tribus gratias naturæ egisse fertur, nimirum quòd eum hominem non animal brutum procreasset, deinde quod virum non fæminam, adextremum quod Græcum non barbarum: totidem quoq; nunc vobis euenisse video Adolescentes optimi. Tria enim sunt è quibus summam lætitiam capere, & quasi sorti & conditioni temporis studiorum Vestrorum congratulari iure merito debeatis. Primum quòd in hac ACADEMIA quæ in his Septemtrionalibus Oris vnica est, ac proinde totius Europæ non postrema, nauare vos operam literis contigerit: Alterum, quòd in assequendis illis, vtimini Præceptoribus ijs, qui non modò liberali fundatione Herois Nouodworscij incomparabilis ad officium suum strenuè obeundum inuitantur: Sed etiam habent, diligentiæ suæ circa vos erudiendos Prouisorem, Admo-

dum Reueren: D. ADAMVM OPATOVIVM Sac: Theologiæ Doctorem & Professorem, qui frequenti Scholarum visitatione sua, admonitione sanè paternâ, examinum prӕterea seuerâ constitutione, ita eos erigit, ita corroborat, ita reficit, vt nihil magis quàm de profectu cogitent Vestro. Tertium, habere vos plerosq; in hâc eadem ACADEMIA, qui Græcis & Hebraicis literis instructi, vt ad verum eruditionis culmen peruenire valeatis, possunt vos haud mediocriter adiuuare. E quorum numero cum ego pars minima sim, ac cum illis eruditione nullo modo comparandus: affectu certè, vos in studijs Vestris adiuuandi, omnino par, hunc laborem meum sub Illustri nomine Ducis WLADISLAJ DOMINICI OSTROGSKI, in lucem prodeuntem Vestræ quoque lectioni commendare duxi à me esse non alienum. Quod quidem dum perago, videor mihi quid simile Lacedæmonijs facere velle. Vt enim illi, venenum infantibus adhuc, cum lacte materno in os instillabant, ac processu temporis sub maiori quantitate sumere adigebant, efficiebantque, vt eis, à tenera ætate sensim illi assuefactis, postea in virili affatim etiam & in copia sumentibus minime noceret, sed in alimentum conuerteretur: ita profectò ego, qui venenum istud, laborem videlicet circa Græcas literas, quo præstantissima ingenia Vestra videmus sæpenumero

enecari, vt omnino non modo non nociuum vobis, ſed etiam ſalubre in grandiori ætate efficerem, paulatim vobis quaſi cum lacte Romanæ facundiæ Ciceronis, quod vobis Mater noſtra communis ACADEMIA in tenera ora inſtillat volui immiſceri. Huic aſſuefacti atque eodem à teneris annis enutriti, cum ad maturiores perueneritis, non modo illud vobis non obfuiſſe aliquando, verum etiam fatebimini fructus tuliſſe vberrimos. Etenim ita certè exiſtimo, ſi huic lucubrationi meæ maturè & ſedulò incubueritis, atque in ea prægustata Græcæ linguæ dulcedine, vos ad grauiorum authorum ſcripta contuleritis: non tantum Ariſtotelis Philoſophiam, qui latinè ſpinoſus eſt, ſed etiam multa in ſacris literis, multa in Politicis, in Poëtis multa, in Oratoribus quam plurima humanarum Diuinarumq; rerum recondita ſummâ cum animi voluptate addiſcetis. Sed quoniam ſi hæc vna ſolum Oratio mea à vobis aſſiduè lectitaretur, faſtidium fortè pareret: idcirco adſunt mihi & alia eiuſdem Ciceronis ad leuandum tædium in Græcum ſermonem conuerſa opera. Adeſt Oratio pro Lege Manilia. Adeſt Lælius ſiue de Amicitia Dialogus. Adſunt inſuper tres Libri Officiorum iam parati, qui ſi hanc Orationem beneuolè cum vtilitate ſtudiorum Veſtrorum acceperitis, prodibunt breui in lucem, atque vos cupidos ſciendi maximè adiuuabunt.

uabunt. Iam verò cum Græca lingua multiplex ſit ac copioſa propter Dialectorum varietatem, quibus ignoratis, perfectus eius vſus haberi nequit, vt omni ex parte à me vobis prouideretur, adiunxi vobis Orationem Dominicam ſex Dialectis variatam. Quod ſanè exemplum meum ſi imitati fueritis, ac vos ſimiliter in vertendis latinis per diuerſas Dialectos exercueritis: fiet profectò, quòd & me laboris mei pro vobis ſuſcepti non pænitebit, & vobis aliquando magnus ille rerum interpres Tempus oſtendet, iſto exercitio vos oleum & operam non perdidiſſe. Sed modus quidem & præcepta huius exercitij à me poſteà breuiter præſcribentur: nunc iam Ciceronem ipſum Græcè loquentem videamus.

Thema cæli pro eo temporis puncto quo huius Orationis versio inchoata est.

ANNO 1631. Die 2. Iunij.



Mart..

Victurus Genium debet habere liber.

ΛΟΓΟΣ

ὑπὲρ τοῦ

ἈΡΧΊΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ.

ORATIO

Pro

ARCHIA POETA.

Ἐάν τί ἐστιν ἐπ' ἐμοὶ τῆς ἀγχινοίας, ὦ κριταί, ἥπερ εὖ οἶδα ὡς ὀλίγην εἶναι: ἢ δὲ εἴ τις ἡ τοῦ λέγεσθαι ἄσκησις, ἐφ' ᾗ με οὐκ ἔξαρνός εἰμι μετρίως διατετρῖφθαι: ἢ δέ, τοῦ πράγματος τούτου τρόπος τις, ἀπὸ τοῦ τῶν τε βελτίστων τεχνῶν σπουδάζεσθαι, καὶ τῆς παιδείας πορευόμενος: ἀφ' οὗ ἐγώγε μηδὲν καθεξομολογοῦμαι τὸ τῆς ἡλικίας μου μέρος μεμυσταγμένον: τουτωνὶ

SI quid eſt in me ingenij, iudices, quod ſentio quam ſit exiguum: aut ſi qua exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter eſſe verſatum: aut, ſi huiuſce rei ratio aliqua, ab optimarum artium ſtudijs, & diſciplina profecta, à qua ego nullũ confiteor ætatis meæ tempus abhorruiſſe: earum

rerum omnium, vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere prope suo iure debet. Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatiũ præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimam, inde vsque repetens, hunc video mihi principem, & ad suscipiendam, & ad ingrediendam rationem bonorum studiorum extitisse. Quod si hæc vox huius hortatu, præceptisq; conformata, nonnullis aliquando saluti fuit: à quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios

πάντων τῶν πραγμάτων, μάλιστα πρὸς τοῖς πρώτοις οὗτος Αὖλος Λικίνιος καρπὸν παρ' ἐμοῦ ἀπαιτῆσαι σχεδὸν κατὰ τὸ δίκαιον αὐτοῦ ἐστιν ὀφειλόμενος· εἰ μὲν γὰρ ἡ διάνοιά μου μέχρι οὗ ἂν πορρωτάτω ἀναβλέπειν τοῦ παρεληλυθότος χρόνου δυναμένη, καὶ τὴν τοῦ βρέφους μνήμην ἀναμιμνήσκεσθαι ἐσχατήν, ἄχρι τοῦ ἐκεῖθεν πεμπαζόμενος, τοῦτον ὅπλομαι ἐμοὶ ἄρχοντα, καὶ πρὸς τὸ ὑποδέξασθαι, καὶ πρὸς τὸ ἄρξασθαι τοῦ τούτων τῶν σπουδῶν τρόπου παραγεγονέναι. εἰ μὲν οὖν ἡ αὕτη φωνὴ τούτου τῷ νουθετήματι, καὶ κατηχήσεσι, συσχηματισθεῖσα, ἐνίοις ποτὲ τῇ σωτηρίᾳ ἐγένετο: ὑφ' οὗ τοῦτ' ἐλάβομεν, ᾧ τοὺς ἄλλους ἀμύνεσθαι, καὶ τοὺς ἐξῆς διασώζειν

σώζειν

σώζειν δυνάμενοι, τού-
τῳ ἀμέλει αὐτῷ, ὅσον ἐφ'
ἡμῖν, τό τε ἐπικουρεῖν, καὶ
τὸ ἀμύνεσθαι φέρειν ἐσμὲν
δίκαιοι. μηδέ, τις παρ'
ἡμῖν τοῦθ' οὕτω λέγειν
ἴσως θαυμάζειν, ὅτι ἄλ-
λο μέν τι ἐν τούτῳ τὸ δύ-
νασθαι εἴη τῆς ἀγχινοίας,
μηδὲ ὁ αὐτὸς τοῦ λέγεσθαι
τρόπος, ἤτι μάθησις:
οὔτε καὶ ἡμεῖς μὲν ταύτῃ ὅλῃ
τῇ σπουδῇ παντελῶς πο-
τὲ ἀνακείμενοι γεγόνα-
μεν. αἱ μὲν γὰρ πᾶσαι τέ-
χναι, αἱ φιλανθρωπι-
καὶ, ἔχουσαι τυγχάνουσι
δεσμόν τινα κοινόν, καὶ
οἱονεὶ τῇ συγγενείᾳ δεῖνι
ἀλλήλων συνέχονται.
αὐτὰρ οὐ μή τις ὑμῶν
θαυμαστῶς ἔχῃ, ἐμὲ ἐν
τῷ ζητήματι νομίμῳ τε,
καὶ τῇ κρίσει δημοσίᾳ,

seruare possemus, huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, & opem, & salutem ferre debemus. Ac, ne quis à nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quædam in hoc facultas sit ingenij, neque hæc dicendi ratio, aut disciplina: ne nos quidem huic cuncti studio penitus vmquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadam, inter se continentur. Sed ne cui vestrum mirum esse videatur, me in quæstione legitima, & in iudicio publico,

cũ res agatur apud prætorem populi Rom. lectiſſimum, virum, & apud ſeueriſſimos iudices, tãto conuentu hominum, ac frequentia, hoc vti genere dicendi, quod non modo à conſuetudine iudiciorum, verum etiam à forenſi ſermone abhorreat: quęſo à vobis, vt in hac cauſa mihi detis hanc veniam, accommodatã huic reo; vobis, quemadmodũ ſpero, non moleſtam: vt me, pro ſummo poeta, atque erudiſſimo homine dicentẽ, hoc concurſu hominũ literatiſſimorũ, hac veſtra humanitate, hoc

ὄντος τοῦ πράγματος παρὰ τόν τε ἔπαρχον τῶν ῥωμαίων ἐκλέκτατον ἄνδρα, καὶ παρὰ τοὺς κρίνοντας αὐστηροτάτους, τοσαύτῃ συνόδῳ τε τῶν ἀνθρώπων, καὶ πλήθει, τούτῳ χρῆσθαι τῷ τοῦ λέγειν γένει, τῷ οὐ μόνον ἀπὸ τῆς συνηθείας τῶν κρίσεων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἀγοραίου λόγου βδελυττομένῳ: δέομαι παρ' ὑμῶν, τοῦ ἐν ταύτῃ τῇ δίκῃ δοῦναί μοι τὴν συγγνώμην, τὴν μὲν ἐπιτήδειαν τούτῳ τῷ φεύγοντι; ὑμῖν δὲ, καθάπερ ἐλπίζω, οὐ χαλεπήν: ὡς ἐμὲ, ὑπὲρ τοῦ ἀκροτάτου ποιητοῦ, ἤτοι μεμαθηκοτάτου ἀνθρώπου λεχθέντα, ταύτῃ τῇ συνδρομῇ ἀνθρώπων ἐς ἄκρον τῆς παιδείας ἐληλακότων, ταύτῃ τῇ ὑμῶν φιλανθρωπίᾳ, τούτῳ

τέλος

τέλος τοῦ ἐπάρχου ἀσκη-
σαμένου τὴν κρίσιν, ἐᾶν
περὶ τῆς τῶν παιδειῶν φι-
λανθρωπίας, καὶ τῶν γραμ-
μάτων, εἶναι καὶ μικρὸν
παρρησιαστικώτερον: καὶ
ἐπὶ τοιούτου προσώπου, ὃ
διὰ τὴν σχολὴν, καὶ παι-
δὴν ἥκιστα ἀμφὶ τὰς τῶν
κρίσεων, καὶ τῶν κινδύνων
πεπραγματευμένου, χρῆ-
σθαι σχεδὸν καινῷ τινι, καὶ
ἀήθει τῷ τοῦ λόγου εἴδει.
τὸ δὲ ἐμοὶ παρ' ὑμῶν νέ-
μειν τε, καὶ συγχωρεῖν
αἰσθησόμενος: ἀπεργά-
σομαι δὴ, τοῦτον τὸν Αὖ-
λον Λικίνιον οὐκ ἔστιν ὅτι
ἀφορίζειν, πολίτην ὄν-
τα, ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πο-
λιτῶν: ἀλλὰ δὲ, καὶ οὐκ
ὄντα, οἴεσθαι ὑμᾶς μετα-
πεμψόμενον. Ὡς μὲν
γὰρ τάχιστα ἐκ τῆς παιδίας
ἐξῆλθεν Ἀρχίας, ἀπὸ δὲ
τούτων τῶν τεχνῶν, αἷς

denique prætore e-
xercente iudicium,
patiamini de ſtudijs
humanitatis, ac li-
terarũ, paulo loqui
liberius: & in eiuſ-
modi perſona, quæ
propter otium, ac
ſtudium minime iu-
dicijs, periculiſque
tractata eſt, vti pro-
pe nouo quodã, &
inuſitato genere di-
cendi. Quod ſi mi-
hi à vobis tribui, cõ-
cediq; ſentiam: per-
ficiam profecto, vt
hunc A. Licinium
non modo non ſe-
gregandum, cum ſit
ciuis, à numero ci-
uium: verumetiam,
ſi non eſſet, putetis
aſciſcendum fuiſſe.
Nam vt primum ex
pueris exceſſit Ar-
chias, atq; ab ijs artibus, quibus ætas

ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, ſe ad ſcribendi ſtudium contulit: primum Antiochiæ (nam ibi natus eſt, loco nobili, & celebri quondam vrbe, & copioſa, atq; eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimiſq; ſtudijs affluenti) celeriter antecellere omnibus ingenij gloria contigit. poſt in ceteris Aſiæ partibus, cunctaque Græcia, ſic eius aduentus celebrabatur, vt famam ingenij, exſpectatio hominis; exſpectationem, ipſius aduentus, admiratioq; ſuperaret. Erat Italia tunc plena Græ-

ἡ ἡλικία παιδαριώδης ἐπὶ τὴν φιλανθρωπίαν εἰδοποιεῖν φιλησαμένη, ἑαυτὸν εἰς τὴν τοῦ γράφειν ἐπιθυμίαν προσήνεγκεν: πρῶτον μὲν ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ (ἐκεῖ γὰρ ἐγεννήθη, τόπῳ εὐγενεῖ τε, καὶ εὐκλεεῖ πάλαι πόλει, καὶ ἀμφιλαφεῖ, καὶ ἀσκηθεστάτων ἀνθρώπων, καὶ ἐλευθερωτάτων σπουδῶν ἐπιρρύτῳ) σύδην ὑπερβάλλειν τοῖς ἅπασι τῇ τῆς εὐφυΐας δόξῃ ξυνέβη. εἶτα ἐν ἄλλοις τῆς Ἀσίας μέρεσι, καὶ πάσης τῆς Ἑλλάδος, οὕτωσὶ παρουσία αὐτοῦ ἐπεφημίζετο, ὥστε τὸ μὲν κλέος τῆς ἀγχινοίας, ἡ προσδοκία τοῦ ἀνθρώπου! τὴν δὲ προσδοκίαν, αὐτοῦ ἥτε ἐπιδημία, καὶ τὸ θάμβος ἐπαρθῆναι. ἐπληρώθη τότε ἡ Ἰταλία τῶν ἑλληνικῶν

τεχνῶν

τεχνῶν τε, καὶ μαθημάτων: αἱ δὲ σπουδαὶ αὗται, καὶ ἐπὶ τῷ μὲν Λατίῳ σφοδροτέρως τότε ἐκεπονοῦντο, ἢ νῦν ἐπὶ ταῖς αὐταῖς ταῖς πόλεσι: καὶ ἐνταῦθα ἐν τῇ ῥόμῃ, διὰ τὴν ἀτρεμίαν τοῦ κοινοῦ, οὐκ ἠτημελοῦντο. τοῦτον μὲν οὖν οἱ Ταραντινοί τε, καὶ οἱ ῥηγινοί, καὶ Νεαπολίται, τῇ πόλει, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτιμίοις ἐδωρήσαντο: οἱ δὲ πάντες, οἱ περὶ τοῦ τῶν φύσεων κρῖναι δυνάμενοι, τῇ τε εἰδήσει, καὶ τῷ καταγωγίῳ ἄξιον ἐνόμισαν. ταύτῃ τῇ εὐκλείᾳ τοῖς ἄπουσι γνωρισάμενος ὤν, ἐς τὴν ῥώμην ἀφίκετο, τοῦ Μαρίου ὑπατεύοντος; καὶ τοῦ κατούλου: τετυχηκὼς ἦν πρώτως τῶν ὑπάτων, ὧν μὲν ἄλλος τὰ μὲν πρὸς

carum artium, ac disciplinarum: studiaque hæc & in Latio vehementius tum colebantur, quam nunc ijsdem in opidis: & hic Romæ, propter tranquillitatem reipubl. non negligebantur. Itaque hunc & Tarentini, & Rhegini, & Neapolitani, ciuitate, ceterisq; præmijs donarūt: & omnes, qui aliquid de ingenijs poterant iudicare, cognitione, atque hospitio dignū existimarunt. Hac tanta celebritate famæ cum esset iam absentibus notus, Romam venit, Mario consule, & Catulo. nactus est primum consules eos, quorum alter res ad scriben-

scribendum maximas, alter cum res gestas, tum etiam studium, atq; aures adhibere posset. Statim Luculli, cum prætextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Sed enim hoc non solum ingenij, ac literarũ, verum etiam naturæ, atq; virtutis fuit, vt domus, quæ huius adolescẽtiæ prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti. Erat temporibus illis iucundus Qu. Metello illi, Numidico, & eius Pio filio. audiebatur à M. Æmilio: viuebat cum Qu. Catulo, & patre, & filio: à L. Crasso colebatur:

τὸ γράφειν μέγιστα, ἄλλος δὲ τὸ μὲν τὰ πεπραγμένα, τὸ δὲ τὴν σπουδὴν, καὶ τὰ ὦτα συνάπτειν ἂν δύναιτο. αὐθὺς οἱ Λούκουλλοι, ἔτι περιπορφύρου τότ' ἔτι τοῦ Ἀρχίου ὄντος, αὐτὸν ἐπὶ οἰκίαν τὴν αὐτῶν ὑπεδέξαντο. ἀλλὰ μὲν γὰρ τοῦτο οὐ μόνον τῆς ἀγχινοίας, καὶ τῶν γραμμάτων, ἀλλὰ δὲ τῆς τε φύσεως, καὶ τῆς ἀρετῆς ἦν, ὡς οἴκησις, ἡ τῆς ἐφηβείας τούτου πρώτη γενομένη, ἡ αὐτὴ ἐχρείη ἂν οἰκειοτάτως καὶ πρὸς τὸ γῆρας. ἦν καιροὺς ἐκείνους τερπνὸς Κοΐντῳ Μετέλλῳ ἐκείνῳ, τῷ Νουμιδικῷ, καὶ τῷ αὐτοῦ τῷ Πίῳ υἱεῖ. ἠκροᾶτο παρὰ τοῦ Μάρκου Αἰμιλίου: ἐβίου μετὰ τοῦ Κοΐντου Κατούλου, πατρός τε, καὶ τοῦ υἱοῦ: ὑπὸ τοῦ Λουκίου Κράσσου ἐσεβάζετο:

Λουκόλλους δὲ, τόν τε Δροῦσον, καὶ τοὺς Ὀκταβίους, καὶ τὸν Κάτωνα, καὶ ὅλην τὴν Ὀρτησίων τὴν οἰκίαν, δεδεμένην τῇ συνηθείᾳ κρατήσας, διετίθετο μεγίστῃ τῇ τιμῇ, ὅτι αὐτὸν οὐ μόνον ἀποθεραπεύσαιντο, οἱ μανθάνειν τι, ἢ ἀκροᾶν ἐπιθυμοῦντες, ἀλλὰ καὶ, εἴ τινες ἴσως πλασάμενοι. ἐν τούτῳ ἅλις διὰ μακροῦ διαχωρήματος, μετὰ τοῦ Λυκίου Λουκόλλου ἐς τὴν Κιλικίαν ἀπάρας, καὶ ἐκ ταύτης τῆς ἐπαρχίας μετὰ τοῦ αὐτοῦ Λουκόλλου ἀφεστηκὼς, ἧκεν εἰς τὴν Ἡράκλειαν: οὔσης δὲ ταύτης τῆς πόλεως τῷ τε ἐπιεικεστάτῳ δικαίῳ, καὶ τῇ σπονδῇ, προσαναγραφθῆναι αὐτὸν ἐπ' ἐκείνων τὴν πόλιν ἠτέλησεν: καὶ τοῦτο, ὅτι

Lucullos vero, & Drusum, & Octauios, & Catonem, & totam Hortensiorum domum, deuinctam consuetudine cum teneret, afficiebatur summo honore, quod eum non solum colebãt, qui aliquid percipere, aut audire studebant, verum etiam, si qui forte simulabant. Interim satis longo interuallo, cum esset cum L. Lucullo in Ciliciam profectus, & cum ex ea prouincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam: quæ cũ esset ciuitas æquissimo iure, ac fœdere, adscribi se in eam ciuitatem voluit: idque, cum

ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate, & gratia Luculli ab Heraclienfibus impetrauit. Data est ciuitas Sillani lege, & Carbonis, si qui fœderatis ciuitatibus adscripti fuissent: si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, &, si sexaginta diebus apud prætorem essent professi. Cum hic domicilium Romæ multos iam annos haberet, professus est apud prætorem, Qu. Metellum, familiarissimũ suum. Si nihil aliud, nisi de ciuitate, ac lege dicimus, nihil dico amplius: causa dicta est. Quid

μὴ δι' αὐτοῦ ἄξιος νομισθεὶς, ὅτι δὲ τῇ τε αὐθεντίᾳ, καὶ τῇ χάριτι τοῦ Λουκόλλου παρὰ τῶν Ἡρακλείων ἀπήνεγκεν. ἐδόθη ἡ πόλις κατὰ τὸν τοῦ Συλλάνου νόμον, καὶ τὸν τοῦ Κάρβωνος, εἴ τινες ὁμωμοκυίαις ταῖς πόλεσι προσγραφθέντες εἴησαν: εἰ τοῦ νόμου ἐπαχθέντος, κατοικίαν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔχοιεν, εἰ δὲ ἑαυτῶν ἑξήκοντα ταῖς ἡμέραις παρὰ τὸν ἔπαρχον ἐπηγγείλαντο. τούτου μὲν οὖν κατοικίαν τὴν ῥώμησι περὶ τῶν ἤδη πολλῶν ἐτῶν ἔχοντος, ἐπαγγελθέντος δὲ παρὰ τὸν ἔπαρχον, Κοίντον Μέτελλον, οἰκειότατον αὐτοῦ. ἦν οὐδὲν ἄλλο, εἰ μὴ περὶ τῆς πόλεως, καὶ τοῦ νόμου λαλοῦμεν, οὐδὲν ἂν ἐπὶ τούτοις φαίην: ἡ δίκη κεκρικυῖα τυγχάνει. τί μὲν γὰρ

μὴ γὰρ τούτων ἀνασκευάζειν, ὦ Γράκχε, δυνάμενον; τῇ μὲν οὖν τῇ Ἡρακλείᾳ προσγραφθέντα αὐτὸν ἀρνήσῃ; πάρεστι ἀνὴρ ἀκροτάτῃ αὐθεντίᾳ τε, καὶ θρησκείᾳ, καὶ τῇ πίστει Λύκιος Λεύκολλος, ὃς αὐτὸν οὐ δοξάζειν, ἀλλ᾽ εἰδέναι: οὐκ ἀκηκοέναι, ἀλλ᾽ ὀφθῆναι: οὐ παραγεγονέναι, ἀλλὰ πεπραχέναι φθέγγεται. πάρεισι Ἡράκλειοι οἱ πρέσβεις εὐγενέστατοι ἄνθρωποι, οἱ ταύτησι τῆς κρίσεως ἕνεκα, σὺν τοῖς προστάγμασι, καὶ δημοσίᾳ τῇ μαρτυρίᾳ παραγενόμενοι, οἱ προσγραφθέντα τοῦτον τῇ Ἡρακλείᾳ εἶναι φάσκουσιν. ἐν ταῦθα σὺ τῶν πινάκων ἐπιποθεῖς τῶν Ἡρακλείων δημοσίων, οὓς τῷ πολέμῳ Ἰταλιώτῃ, καταχαυθέντος

enim horum infirmari, Gracche, potest? Heracliæ ne esse eum adscriptũ negabis? Adest vir summa auctoritate, & religione, & fide L. Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non audiuisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. adsunt Heraclienses legati nobilissimi homines, qui huius iudicij causa, cum mandatis, & cum publico testimonio venerunt, qui hunc adscriptum Heracliæ esse dicunt. Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario,

lario, interiſſe ſcimus omnes. Eſt ridiculum, ad ea, quæ habemus, nihil dicere; quærere quæ habere non poſſumus: & de hominum memoria tacere, literarum memoriam flagitare: &, cum habeas ampliſſimi viri religionem, integerrimi municipij iuſiurandum, fidemq́; eam, quæ deprauari nullo modo poſſunt, repudiare: tabulas, quas idem dicis ſolere corrumpi, deſiderare. At domicilium Romæ non habuit is, qui tot annis ante ciuitatem datã, ſedem omnium rerum ac fortu-

τοῦ πινακοδοχίου, ἀπολωλεκέναι ἴσμεν ἅπαντες. ἔστι γελοῖον, τὸ μὴ πρὸς τὰ ἐχόμενα, οὐδὲν εἰπεῖν, τὸ δὲ ζητεῖσθαι τὰ οὐκ ἔχειν δυνάμενα: καὶ περὶ μὲν τῆς ἀνθρώπων τῇ μνήμῃ σιωπᾷν, τὴν δὲ μνήμην τῶν γραμμάτων ἐξαιτεῖσθαι: καὶ, ἔχοντές σου τοῦ μὲν ἀμαξιαιοτάτου ἀνδρὸς τὴν εὐλάβειαν, ἀμεμπτοτάτης δὲ τῆς πόλεως ὅρκον, καὶ τὴν πίστιν, ταύτην τὰ μὲν ἀγαρράπτειν μηδένα τρόπον δυνάμενα, παραιτεῖσθαι: τῶν δὲ πινάκων, τῶν καὶ τὸ τοῦ σεαυτοῦ λέγειν παραφθείρεσθαι εἰωθότων, ἐπιθυμεῖν. ἀλλὰ μὴ τὸ δωμάτιον ἐν τῇ ῥώμῃ οὐκ εἶχεν οὗτος, ὃς ἐπὶ τοσαῦτα ἔτη πρὸ τοῦ τῆς πόλεως δοῦναι, ἑδώλιον πάντων τῶν πραγμάτων καὶ κατασχέσεων

χέστεων αὐτοῦ ῥώμησι καθίδρυσεν. ἀλλὰ δὲ οὐκ ἐπηγγείλατο. μᾶλλον δὲ τούτοις τοῖς πίναξι ἐπηγγείλατο, τοῖς μόνοις ἐκ τῆς ἐκείνης ἐπαγγελίας τε, καὶ τοῦ συλλόγου τῶν ἐπάρχων, κατέχουσι τῶν δημοσιακῶν πινάκων τὴν αὐθεντίαν. οἱ μὲν γὰρ τοῦ Ἀππίου πίνακες, ὅταν ἀπροσεκτοτέρως διατηρησάμενοι λεχθείησαν, τοῦ δὲ Γαβινίου, μέχρι μὲν οὗ ἀσφαλὴς ἦν, ἡ φαυλότης, μετὰ δὲ τὴν καταδίκην, ἡ συμφορὰ, πᾶσαν τὴν τῶν πινάκων πίστιν ἀποσφραγισθείη: ὁ μὲν Μέτελλος ἀνὴρ ὁσιώτατός τε, καὶ μετριώτατος τῶν ἁπάντων, τοσαύτῃ τῇ ἐπιμελείᾳ ὢν ἐγένετο, ὡς πρὸς τὸν Λύκιον Λέντουλον τὸν ἔπαρχον, καὶ πρὸς τοὺς συνκελλὰς ἀφιξάμενος, τῇ δὲ τοῦ ἑνὸς

narum suarum Romæ collocauit. At non est professus. Immò verò ijs tabulis professus, quæ solæ ex illa professione, collegioque; prætorum, obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cum Appij tabulæ, negligentius asseruatæ dicerentur, Gabinij, quandiu incolumis fuit, leuitas, post damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem resignasset: Metellus, homo sanctissimus, modestissimusque; omnium, tanta diligentia fuit, vt ad L. Lentulum prætorē, & ad iudices venerit, & vnius nominis

nominis litura se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam lituram, in nomine A. Licinij videtis. Quæ cum ita sint, quid est, quod de eius ciuitate dubitetis, præsertim cum alijs quoq; in ciuitatibus fuerit adscriptus? Etenim cum mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditis, gratuito ciuitatem in Græcia homines impertiebãtur, Rheginos credo, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebãt, id huic, summa ingenij prædito gloria, noluisse. Quid?

ὀνόματος ἐξαλοιφῇ τεταραχέναι αὐτὸν λεξάμενος ἐτύγχανε. τούτοις μὲν οὖν τοῖς πίναξι οὐδεμίαν τὴν ἐξαλοιφὴν, εἰς τοὔνομα τοῦ Αὔλου Λυκινίου ὁρᾶτε. τῶν δὲ οὕτως ἐχόντων, τί ἂν γένοιτο, ὑμᾶς περὶ τῆς αὐτοῦ πόλεως ἀμφιγνοεῖν, καὶ ταῦτα τοῦ ἄλλαις ταῖς πόλεσι προσγραφθέντος; τοῖς μὲν γὰρ μετρίοις πολλοῖς, καὶ ἢ μηδεμίᾳ, ἢ προσγείᾳ τινὶ τῇ τέχνῃ κεκοσμημένοις, δωρεὰν τὴν πόλιν ἐπὶ τῆς ἑλλάδος τῶν ἀνθρώπων μεταδεδωκότων, ῥηγινοὺς πιστεύω, ἢ τοὺς Λοκροὺς, ἢ τοὺς Νεαπολίτας, ἢ τοὺς Ταραντίνους, τὸ μὲν σκηνικοῖς τοῖς τεχνίταις δωρεῖσθαι φιλησαμένους, τούτῳ τοῦτο, εὐδοξολάτῳ τοῖς φύσεως, μὴ βεβουλῆσθαι. τί

τοῦ

τῶν μὲν ἄλλων οὐ μόνον μετὰ τὸ
τῆς πόλεως δοθὲν, ἀλλὰ
καὶ μετὰ τὸν νόμον τοῦ Παπίου,
ἀμηγέπως ἐς τὰς τῶν ἐκεί-
νων τῶν πολιτῶν πίνα-
κας παρερπυσάντων: οὗ-
τος, διὰ τὸ τοῖς ἐκείνοις
μηδὲ μὲν χρῆσθαι, ἐν οἷς
προσεγράφθη, ὅτι πάν-
τα τὸν χρόνον Ἡράκλειος
εἶναι ἐβουλήθη, ἀποδοκι-
μασθήσεται; ἀναγραφὰς
τὰς ἡμετέρας ἀναζητεῖς
δηλαδή. ἔστι γὰρ μαυρὸν,
τοῖς μὲν ἐγγυτάτοις τιμη-
ταῖς, τοῦτον μετὰ τοῦ φανε-
ρωτάτου τοῦ στρατηγοῦ, Λου-
κίου Λουκόλλου, παρὰ τὸ
στρατὸν γεγονέναι: τοῖς ἀ-
νωτέροις δὲ, μετὰ τοῦ αὐτοῦ
ταμίου γεγονέναι ἐπὶ τῆς
Ασίας: τοῖς δὲ πρώτοις,
τῷ Ιουλίῳ, καὶ τῷ Κράσ-
σῳ, οὐδὲν τοῦ Λαοῦ μέ-
ρος ἀπογραφθῆναι. Ἐ-
πειδὴ δὲ, ἡ ἀπογρα-
ensam. Sed, quo-

cū ceteri non modo
poſt ciuitatem da-
tam, ſed etiam poſt
legem Papiam, ali-
quo modo in eo-
rum municipiorum
tabulas irrepſerint:
hic, qui ne vtitur
quidem illis, in qui-
bus eſt ſcriptus,
quod ſemper ſe He-
racli enſem eſſe vo-
luit, reijcietur? Cen-
ſus noſtros requiris
ſcilicet. Eſt enim
obſcurum, proxi-
mis cenſoribus,
hunc cum clariſſi-
mo Imperatore, L.
Lucullo, apud exer-
citum fuiſſe: ſupe-
rioribus, cum eodē
quæſtore fuiſſe in
Aſia: primis, Iulio,
& Craſſo, nullam
populi partem eſſe

niam

niam census non ius ciuitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue: ijs temporibus (quæ tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio eum in ciuium Rom. iure esse versatum) & testamentum sæpe fecit nostris legibus, & adijt hereditates ciuium Rom. & in beneficijs ad ærarium delatus est à L. Lucullo prætore, & consule. Quære argumenta, si qua potes. numquam enim hic neq; suo, neque amicorum iudicio reuincetur. Quæres à nobis, Gracche,

φὴ οὐ τὸ δίκαιον τῆς πόλεως ἐπιῤῥώννυσι, τοῦτο δὲ μόνον ἐπιδείκνυσι, τὸν ἀπογραφθέντα, οὕτως ἤδη τότε πεπολιτευκέναι: τούτοις τοῖς χρόνοις (τοῖς ὑπὸ σοῦ διαβληθέντες, μηδὲ τῇ αὐτοῦ κρίσει ἐν τῷ τῶν πολιτῶν τῶν ῥωμαίων δικαίῳ διατριψάμενον) καὶ διαθήκην πολλάκις ἐποιήσατο κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, καὶ ἐπορεύσατο εἰς τὴν κληρονομίαν τῶν πολιτῶν τῶν ῥωμαίων, καὶ ἐν ταῖς εὐεργεσίαις εἰς τὸν θησαυρὸν εἰσηνέχθη ὑπὸ Λυκίου Λουκόλλου ἐπάρχοντός τε, καὶ ὑπατεύοντος: μάστευσον τὰ ἐπιχειρήματα, εἴ τινα δύνῃ. οὐδέποτε γὰρ οὗτος οὔτε τῇ ἑαυτοῦ, οὔτε τῇ τῶν φίλων κρίσει ἀνασκευασθήσεται. ἐξ-σῃ παρ' ἡμῖν, ὦ Γράκχε,

τίνος

τίνος ἕνεκα οὕτω σφό-
δρα τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ
τερπόμεθα; ὅτι χορηγεῖ
ἡμῖν, ὅπου καὶ ὁ θυμὸς ἐκ
ταύτης ἀγοραίου τῆς κινή-
θεως ἀναπαύσεσθαι, καὶ
τὰ ὦτα τὰ πρὸς τὰς λοι-
δορίας κεκμηκότα ἡσυ-
χάζειν. οἴει σὺ ἢ ἂν ἐξαρ-
κεῖν ἡμῖν, τὸ καθ' ἑκά-
στην ῥητορεύειν ἐπὶ τοσαύ-
τῃ τῶν πραγμάτων τῇ ποι-
κιλίᾳ, ἐὰν μὴ τὰς ψυ-
χὰς ἡμῶν τῇ παιδείᾳ
διασκήσαντας: ἢ ἂν φέ-
ρειν τοὺς θυμοὺς τοσαύτην
φιλονεικίαν, εἰμὴ ἐκεί-
νους παιδείᾳ τῇ αὐτῇ χα-
λασθέντας; ἐγὼ δὲ κα-
ταξομολογοῦμαι, ταύταις
τῶν σπουδαῖς ἐμὲ ὀφείλειν,
οἱ δὲ ἄλλοι αἰσχυνθείη-
σαν, οἵτινες οὕτω ἑαυτοὺς
τῶν διατριβαῖς ἀπεκάλυ-
ψαν, ὥς ἂν οὐδὲν δυνή-
possint

cur tantopere hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures cõuicio defessæ conquiescant. An tu existimas aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus: aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? Ego vero fateor, me his studijs esse deditũ. ceteros pudeat, si qui ita se literis abdiderunt, vt nihil

ex his, neq; ad communem afferre fructum, neq; in adſpectum, lucemq; proferre. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita viuo, iudices, vt ab illis nullo me vmquam tempore, aut commodum, aut otium meum abſtraxerit, aut voluptas auocarit, aut deniq; ſomnus retardarit? Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure ſuccenſeat, ſi, quantum ceteris ad ſuas res obeundas, quantum ad feſtos dies ludorum celebrandos, quãtum ad alias voluptates, & ad ipſam requiem animi, & corporis conceditur temporis: quantum alij

σαυτὸ ἐξ αὐτῶν, μηδὲ πρὸς κοινὸν προσφέρεσθαι τὸν καρπὸν, μηδὲ πρὸς ὄψιν, καὶ τὸ φῶς εἰσενεγκεῖν. ἐμὲ δὲ τί ἂν αἰσχύνεσθαι, εἰ τοσαῦτα ἔτη οὕτως διεβίων ὦ κριταί, ἵνα παρ' αὐτῶν οὐδένα ποτὲ τὸν χρόνον, ἢ τὸ ἕρμαιον, ἢ ἡ σχολή μου κατασύρειεν ἄν, ἢ ἀφελκύσειεν ἡ ἡδονή, ἢ τὸ τελευταῖον ὁ ὕπνος μελλήσειεν; τίς οὖν δὴ μέμφεσθαί μοι, ἢ τίς μοι δικαίως ἀγανακτεῖν, εἰ, ὅσον τοῖς ἄλλοις ἐπὶ τὸ σφῶν τὰ πράγματα διατελεῖν, ὅσον γε ἐπὶ τὸ τὰς ἑορταστικὰς τῶν παιγμάτων τὰς ἡμέρας γεραίρειν, ὅσον ὡς τὰς ἄλλας τὰς ἡδονὰς, καὶ τὴν αὐτὴν ἀνάπαυσιν τῆς ψυχῆς τε, καὶ σώματος ὑφίεται τοῦ καιροῦ: ὅσον ἄλλοι

μὴ νέμουσι ταῖς εὐκαίροις συνεστίαις, ὅσον τέλος τῷ κύβῳ, ὅσον δὲ τῇ σφαίρᾳ: τοσοῦτόν μοι ἐγαυτὸς ἐπὶ τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι ταύτας τὰς σπουδὰς εἰληφὼς γίγνομαι; καὶ δὴ καὶ τοῦτό μοι συγχωρητέα μᾶλλον, ὅτι ἐκ τούτων τῶν σπουδῶν, καὶ οὗτος αὐξάνεται ὁ λόγος τε, καὶ ἡ δύναμις: ἥτις, ὁποιάπερ οὖν ἐν ἐμοὶ οὖσα τυγχάνει, οὐ πώποτε πρὸς οὐδὲν τοῖς τῶν φίλων κινδύνοις ἐνεδέησεν. ἣ μὲν ἂν εἴ τινι λεπτοτέρα δοκεῖ: τἀκεῖνα δή, τὰ ἀκρότατα, ἀφ᾽ ἧς τῆς πηγῆς ἀντλήσαιμι, οἶδα. εἰ μὴ γὰρ πολλῶν τε τῶν ἐντολαῖς, καὶ πολλῶν τοῖς γράμμασι, ἐκ πρώτης τῆς ἡλικίας ἐπείσθην ἄν, οὐδένος δεῖν ἐν τῷ βίῳ πάνυ ἐπιθυμεῖσθαι, πλὴν

tribuũt intempeſtiuis conuiuijs: quantum denique aleæ, quantum pilæ: tantum mihi egomet ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero? Atq; hoc eo mihi concedendum eſt magis, quod ex his ſtudijs, hæc quoq; creſcit oratio, & facultas: quæ, quantacumque in me eſt, numquam amicorum periculis deſuit. Quæ ſi cui leuior videtur: illa quidem certe, quæ ſumma ſunt, ex quo fonte hauriã, ſentio. Nam, niſi multorum præceptis, multiſq; literis mihi ab adoleſcentia ſuaſiſſem, nihil eſſe in vita magnopere expetendum, niſi lau-

laudē, atq; honestatē: in ea autē persequēda, omneis cruciatus corporis, omnia pericula mortis, atq; exsilij, parui esse ducenda: numquam me pro salute vestra in tot, ac tantas dimicationes: atq; in hos profligatorum hominū quotidianos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenæ sapientum voces, plena exemplorum vetustas: quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumē accederet. Quam multas nobis imagines, non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandū, fortissimorum virorum, expres-

τοῦ ἐπαίνου, καὶ τοῦ καλοῦ· ἐπὶ δὲ τὸ ἐπιτυγχάνειν αὐτῷ, πάντα τὰ τιμωρήματα τοῦ σώματος, πάντας τοὺς κινδύνους τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἐξορίας, ἐξουδενοῦσθαι: οὐ πώποτε ἂν ἐμὲ ὑπὲρ τοῦ διασώζειν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς μὲν τόσας, καὶ τοσαύτας μάχας: τὰς δὲ διαφθαρέντων τῶν ἀνθρώπων τὰς καθημερινὰς ὁρμὰς προβλήσθειν. ἀλλὰ μεσταὶ πᾶσαι εἰσὶ αἱ βίβλοι, μεσταὶ αἱ τῶν σοφῶν φωναί, μεστὴ τῶν παραδειγμάτων ἡ ἀρχαιολογία: ἅπερ ἔκειτο ἂν πάντα περὶ τὰ σκότη, εἰ τὸ τῶν γραμμάτων τὸ σέλας μὴ ἐφάπτειν. ὡς πολλὰς ἡμῖν τὰς εἰκόνας, οὐ μόνον πρὸς τὸ θεᾶν, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς τὸ μιμεῖσθαι, τῶν ἰσχυροτάτων ἀνθρώπων, ἀπεικασμένας,

νας, οἱ γραφεῖς ἑλλῆνες τε, καὶ οἱ ῥωμαῖοι κατειλήφασι; ἃς ἐγώγε μοι ἀεὶ ἐν τῷ κυβερνᾶν τὴν πολιτείαν προβαλλόμενος, τήν τε ψυχὴν καὶ νοῦν μου μόνῃ τῇ διανοίᾳ ἀνθρώπων τῶν ἐξόχων ἐσχημάτιζον. ἐρωτήσειεν ἂν τίς, τί; οἱ ἐκεῖνοι αὐτοὶ ἀκρότατοι ἄνδρες, ὧν αἱ ἀρεταὶ τοῖς γράμμασι ἐφανιώθησαν, ἆρα τῇ αὐτῇ διδασκαλίᾳ, ἣν σὺ τοῖς ἐγκωμίοις αἴρεις, πεπαιδευκότες ἦσαν; Χαλεπῶς μὲν τοῦτο περὶ ἁπάντων διισχυρίζειν: ἔστι δὲ δῆλον, τί ἂν ἀποκριναίμην. ἐγὼ μὲν πολλοὺς ἀνθρώπους ἐξόχῳ τῷ θυμῷ, καὶ τῇ ἀρετῇ γεγονέναι, ἄνευ τῆς παιδείας, φύσεως τῇ αὐτῇ εὐεξίᾳ ἐπιπολὺ τῇ θείᾳ, καὶ

ſas, ſcriptores & Græci, & Latini reliquerunt? quas ego mihi ſemper in adminiſtranda repub. proponens, animũ & mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium conformabam. Quæret quiſpiam, quid? illi ipſi ſummi viri, quorum virtutes literis proditæ ſunt, iſtane doctrina, quam tu laudibus effers, eruditi fuerunt? Difficile eſt hoc de omnibus confirmare: ſed tamẽ eſt certum, quid reſpondeam. Ego multos homines excellenti animo, ac virtute fuiſſe, ſine doctrina, naturæ ipſius habitu prope diuino, &

per seipsos moderatos, & graueis exstitisse fateor. etiam illud adiungo, sæpius ad laudem, atq; virtutem, naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Atque idem ego contendo, cum ad naturam eximiam, atq; illustrem accesserit ratio quædam, confirmatioque doctrinæ: tum illud nescio quid præclarum, ac singulare solere exsistere. Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, diuinum hominem, Africanum: ex hoc C. Lælium, L. Furium, modestissimos homines, & continentissimos: ex hoc

καθ' ἑαυτῶν σώφρονάς τε, καὶ σεμνοὺς τετυχηκέναι καθομολογοῦμαι. καὶ μὴν καὶ τοὐκεῖνο κολλάομαι, πολλάκις ὡς τὸν ἔπαινον, τήν τε ἀρετὴν, φύσιν ἄνευ τῆς παιδείας, ἢ ἄνευ τῆς φύσεως ἰσχυκέναι τὴν παιδείαν. ὁ αὐτὸς δὲ κἀγὼ φθέγγομαι, ἐπὶ τὴν φύσιν τὴν ἐξαιρέτην, καὶ Λαμπρὰν ἀφικομένου τρόπου τινὸς, καὶ βεβαιώσεως τῆς παιδείας: τότε τοὐκεῖνο οὐκ οἶδά τι εὐκλεέες τε, καὶ τὸ μοναδικὸν εἰωθὸς γίγνεσθαι. ἐκ τούτου εἶναι τοῦτον τοῦ ἀριθμοῦ, ὃν οἱ πατέρες ἡμέτεροι ἑωρακότες ἦσαν, θεῖον ἄνθρωπον, τὸν Ἀφρικανόν: ἐκ τούτου Γάϊον Λαίλιον, τὸν Λύκιον Φούριον, σωφρονεστάτους τε ἀνθρώπους, καὶ ἐγκρατεστάτους: ἐκ τούτου

ἰσχυ-

ἰσχυρώτατον ἄνδρα, καὶ
τότε ἐς ἄκρον τῆς παιδεί-
ας ἐληλακότα, Μάρκον
Κάτωνα ἐκεῖνον γέροντα·
οἳ δήπου ἦν οὐδὲν ἂν πρὸς
τοῦτο καταλαμβάνειν, καὶ
τὸ ἀσκεῖσθαι τῆς ἀρετῆς,
παρὰ τῶν γραμμάτων
ὠφελοῦντο, μήποτε αὐτοὺς
ὡς τὴν τῶν αὐτῶν σπουδὴν
ξυγκεκομίκοιεν. τούτου
δὲ μὴ τοσούτου τε καρποῦ
ἀναδεικνυμένου, καὶ ἐὰν
ἐκ τούτων τῶν σπουδῶν ἡ
τέρψις μόνη ζητήσοιτο·
ὅμως ὡς, ἡγοῦμαι, ταύ-
την τῆς ψυχῆς τὴν ἄνεσιν,
φιλανθρωποτάτην τε, καὶ
ἐλευθεριωτάτην ἂν ἐ-
κρίνετε. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα
μηδὲ τῶν χρόνων ἐστί, μηδὲ
τῶν ἡλικιῶν ἁπασῶν,
μηδὲ τῶν τόπων· αὗται δὲ
αἱ σπουδαὶ τὴν νεότητα
τρέφουσι, τὸ γῆρας τέρ-

fortissimum virum, & illis temporibus doctissimum, M. Catonem illum senẽ: qui profecto si nihil ad percipiendam, colendamq; virtutem, litteris adiuuarentur, numquam se ad earum studiũ contulissent. Quod si non hic tantus fructus ostenderetur, & si ex his studijs delectatio sola peteretur: tamen vt, opinor, hanc animi remissionem, humanissimam, ac liberalissimam iudicaretis. Nam ceteræ neq; temporum sunt, neq; ætatum omnium, neque locorum: hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oble-

ctant, secundas res ornant: aduersis perfugium, ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quod si ipsi hæc neq; attingere, neq; sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in alijs videremus. Quis nostrûm tam animo agresti, ac duro fuit, vt Roscij morte nuper non commoueretur? qui cum esset senex mortuus, tamen, propter excellentem artem, ac venustatem, videbatur omnino mo-

πουσι, τὰ τῆς εὐτυχίας κοσμοῦσι· τοῖς δυστυχήμασι καταφυγήν τε, καὶ παραμυθίαν παρέχουσι, εὐφραίνουσιν οἴκοι, οὐκ ἐμποδίζουσι θύραζε, παννυχίζουσι μεθ᾽ ἡμῶν, ἀποδημοῦσι, ἀγραυλοῦσι. οὐ. τῷ μὲν οὖν ἐὰν μὴ καθ᾽ ἑαυτοῦ, οὔτε ἐπιψαύειν, οὔτε τῇ αἰσθήσει τῇ ἡμετέρᾳ γεύειν δυνάμενοι, θαυμάζειν ἂν ταῦτα ἐμέλλομεν, ἂν ἔτι καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὁρώμενοι. τίς ἡμῶν ταύτῃ τῷ θυμῷ ἀγροικός τε, καὶ σκληρὸς ὢν ἐγένετο, ἵνα τοῦ Ῥωσκίου τῷ τεθνᾶναι νεωστὶ μὴ κινεῖσθαι; γέροντος μὲν τούτου ἀποθανόντος, ὅμως δέ, διὰ τὴν ἐξοχὴν τέχνην, καὶ τὴν ἀγλαΐαν, δοκοῦντος πάνυ ἀποθνήσκειν μὴ μελλήσειν, οὐκοῦν ἐκεῖνος μὲν τῇ τοῦ σώμα-

τοῦ κινήσεως. τοσοῦτον τὸν ἔρωτα αὐτῷ ἀντικαλελάχθη παρ' ἡμῖν ἅπασι: ἡμεῖς δὲ τῶν ψυχῶν, τῶν ἀπιθάνων κινήσεων καὶ τῆς ὀκύτητος τῶν ἀγχινοιῶν καταφρονήσαμεν; ποσάκις ἔγωγε τοῦτον τὸν Ἀρχίαν εἶδον, ὦ δικασταί (χρήσομαι γὰρ τῇ τῶν ὑμῶν πραότητι, ἐπειδή μου κατὰ τὸ καινὸν γένος τοῦ ῥητορεύειν οὕτω ἀκριβῶς προσέχετε) ποσάκις ἔγωγε τουτονί εἶδον, γεγραφότα μὲν οὐδὲν τὸ γράμμα, πολὺν δὲ τὸν ἀριθμὸν τῶν βελτίστων στίχων περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων, τῶν τότε γιγνομένων, λέγειν αὐτοσχεδιαστί; ποσάκις ἀνακληθέντα τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λέγειν, τοῖς μεταλλαγείσαις λέξεσί γε, γνώ-

eandem rem dicere, atque

ri non debuisse. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat à nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus celeritatemq; ingeniorũ negligemus? Quoties ego hunc Archiam vidi, iudices (vtar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties ego hũc vidi, cum literam scripsisset nullam, magnum numerũ optimorũ versuum de his ipsis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore? quoties reuocatum commutatis verbis, sen-

sententijs? Quæ vero accurate, cogitateq; scripsisset: ea sic vidi probari, vt ad veterum scriptorũ laudem peruenirẽt. Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui sic à summis hominibus, eruditissimisque accepimus, ceterarũ rerum studia, & doctrina, & præceptis, & arte constare: poetam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum ali-

μαις γε; τὰ δὲ περιέργως, καὶ ἐκ προνοίας γεγραμμένα: οὕτως ἑώρακα εὐδοκιμάζειν, ὥστε τῶν παλαιῶν γραφέων τῷ ἐγκωμίῳ ἀφικνεῖσθαι. τοῦτον μέν τοι ἔγωγε μὴ ἐρῴην; μὴ θαυμάζοιμι; μὴ πάντα τρόπον ἂν ἀπολογεῖν οἰησαίμην; ἀλλὰ δὴ οὕτως παρὰ τῶν ἀκροτάτων ἀνθρώπων, καὶ μεμαθηκοτάτων ἐλάβομεν, τὰς μὲν τῶν ἄλλων σπουδάς, τῇ τε διδασκαλίᾳ, καὶ τοῖς παραγγέλμασι, καὶ τῇ τέχνῃ συνίστασθαι: τὸν δὲ δὴ ποιητὴν τῇ μόνῃ φύσει ἐῤῥῶσθαι, καὶ τῇ τοῦ νοῦ δυνάμεσιν ἀναζωπυρεῖσθαι, καὶ δὴ ἀμηγέπως ἐνθουσιάζειν. Ὥστε κατὰ τὸ δίκαιον αὐτῶν ἡμέτεροι οἱ ἀμφὶ τὸν Ἔννιον ὁσίους προσαγορεύουσι τοὺς ποιητάς, ὅτι τινὰ τρόπον τῶν θεῶν τινι τῷ

χαρί-

χαρίσματί τε, καὶ τῷ δώρῳ συνεστηκότες ἡμῖν δοκεῖσθαι. ἴσθι γὰρ μέντοι, ὦ δικασταὶ, ὅσιον παρ' ὑμῖν, τοὺς φιλανθρωποτάτους ἄνδρας, τοῦτο τοῦ ποιητοῦ τοὔνομα, ὅτι μὲν οὐδεμία ποτὲ ἡ βαρβαρότης παρεβιάζετο. Λίθοι δὲ καὶ ἐρημίαι τῇ φωνῇ ἀντιφωνοῦσι, θηρία δὲ πολλάκις τὰ ἀγριώδη ἐπὶ τῆς ᾠδῆς χαυνοῦται, καὶ παρίσταται: ἡμεῖς δὲ παιδευσάμενοι πράγμασι τοῖς βελτίστοις οὐκ ἂν τῇ τῶν ποιητῶν φωνῇ παρακεκινηκότες ἐσόμεθα; Ὅμηρον μὲν Κολοφώνιοι πολίτην εἶναι λέγουσιν αὐτῶν, Χῖοι δὲ σφῶν ἰδιοποιοῦσι, Σαλαμινεῖς δὲ ἀπαιτοῦσι, οἱ δὲ Σμυρνεῖς σφῶν εἶναι διισχυρίζουσι. ὥστε καὶ τέμενος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κώμης αὐτῶν καθιέρωσαν:

quo dono, atq; munere commendati nobis esse videantur. Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetę nomen, quod nulla vmquam barbaria violauit. Saxa & solitudines voce respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur, atq; consistunt: nos instituti rebus optimis non poetarum voce moueamur? Homerū Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vindicāt, Salaminij repetunt, Smyrnęi vero suum esse confirmant. Itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt:

permul-

permulti alij præterea pugnant inter ſe, atq; contendunt. Ergo illi alienum, quia poeta fuit, poſt mortem etiam expetunt: nos hunc viuum, qui & voluntate, & legibus noſter eſt, repudiabimus? præſertim cũ omne olim ſtudium, atq; omne ingenium contulerit Archias ad populi Rom. gloriam, laudemq́ue celebrandam. nam & Cimbricas res adoleſcens attigit, & ipſi illi C. Mario, qui durior ad hæc ſtudia videbatur, iucundus fuit. Neq; enim quiſquam eſt tam auerſus à Muſis, qui

πολλοὶ δὲ ἄλλοι ἐπὶ τούτοις πρὸς ἀλλήλους διασφαξάμενοι, καὶ ἐρίσαντες. οὐκ οὖν ἐκεῖνοι μὲν ἀλλότριον, διὰ τὸ τοῦ ποιητὴν εἶναι, καὶ τεθνηκότα ἔτι ἐπιθυμοῦσι: ἡμεῖς δὲ τοῦτον ζῶντα, τόν τε θελήματι, καὶ τῷ νόμῳ τὸν ἡμέτερον ὄντα, ἀποσοβήσομεν; καὶ ταῦθ᾽ ὅτι πᾶν τὸ πάλαι ἐπιτήδευμα, καὶ πᾶσαν τὴν εὐφυΐαν ἐπεστράφθη Ἀρχίας ἐς τὸ τοῦ λαοῦ ῥωμαίου τῆς τε δόξης, καὶ τῆς αἰνέσεως ἐγκωμιάζειν. ὁ μὲν γάρ τοι τὰ καὶ πρὸς Κυμβρικὰ νέος ὢν καθίκετο, καὶ τῷ αὐτῷ ἐκείνῳ Γαΐῳ Μαρίῳ, τῷ πρὸς ταύτας σπουδὰς σκληροτέρως αὐτὸν ἔχειν δοκουμένῳ, ἡδὺς ἐγένετο. οὔτε γάρ τις οὕτως ἀποστραφθεὶς τυγχάνει παρὰ τῶν Μουσῶν, ὃ

μὴ

μὴ ὥσπερ ἂς ῥαδίως τοῖς στίχοις αἰώνιον τῶν πόνων αὐτοῦ κήρυγμα παραδίδεσθαι. Θεμιστοκλῆ μὲν ἐκεῖνον, τὸν ἀκρότατον Ἀθήνησιν ἄνδρα, φασὶν ἐλεχέναι, ἐρωτηθέντα, τίνος ἂν οὗ ἀκροάματος, ἢ τίνος ἀσμενέστατα φωνῆς ἀκούσειεν: τούτου, ἀφ᾽ οὗ ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ βέλτιστα προκατακηρυχθείη. ἐκεῖνος μέν τοι ὁ Μάριος πρὸς ταῦτα καὶ ὑπερφυῶς τὸν Λύκιον Πλόκιον ἠγαπήσατο: οὗ τῆς φύσεως ᾤετο, τὰ πεπραγμένα αὐτοῦ, δύνασθαι περιβοᾶν. ὁ δὲ πόλεμος πρὸς τὸν Μιθριδάτην μέγας τε, καὶ στυφελὸς ὤν, καὶ περὶ πολλὴν τὴν ποικιλίαν, τῇ τε γῇ, καὶ τῇ θαλάττῃ, τετραμμένος, ὅλος παρὰ τούτου ἀπετυπώθη:

non mandari versibus æternum suorum laborum facile præconium patiatur. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiũt, cum ex eo quæreretur, quod acroama, aut cuius vocem libentissime audiret: eius, à quo sua virtus optime prædicaretur. Itaq; ille Marius item eximie L. Plotium dilexit: cuius ingenio putabat, ea, quæ gesserat, posse celebrari. Mithridaticũ vero bellum magnum, atq; difficile, & in multa varietate, terra, marique, versatum, totum ab hoc expressum est:

qui

qui libri non modo L.Lucullum, fortissimum, & clarissimum virum, verum etiam populi Roman. nomen illustrant. Populus enim Romanus aperuit, Lucullo imperante, Pontum, & regijs quondam opibus, & ipsa natura regionis vallatũ: populi Romani exercitus, eodem duce, non maxima manu innumerabileis Armeniorum copias fudit: populi Rom. laus est, vrbem amicissimam Cyzicenorum, eiusdem consilio, ex omni impetu regio, ac totius belli ore, ac faucibus ereptã esse, atq; conseruatam:

αἵτινες βίβλοι οὐ μόνον Λύκιον Λούκολλον, ἰσχυρώτατόν τε, καὶ λαμπρότατον ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ λαοῦ ῥωμαίου ὄνομα διαυγνῶσι. ὁ μὲν γὰρ λαὸς ὁ ῥωμαῖος ἤνοιξεν, τοῦ Λουκόλλου προσταχθέντος, Πόντον, καὶ βασιλικοῖς ποτε τῆς ὑπάρξεσι, καὶ τῇ αὐτῇ τῆς χώρας φύσει παραφραξάμενον: τὸ τοῦ λαοῦ ῥωμαίου στράτευμα, τοῦ αὐτοῦ στρατηγοῦντος, οὐ μεγίστῃ χειρὶ τὰ τῶν Ἀρμενίων ἀναρίθμητα συστήματα διέφθειρεν: τοῦ λαοῦ ῥωμαίου τὸ ἐπαινετικόν ἐστι, τὸ τοῦ ἄστεος οἰκειοτάτου τῶν Κυζικένων, τοῦ αὐτοῦ τῇ βουλείᾳ, ἐξ ἅπαντος βασιλικοῦ τοῦ τε ῥόθου, καὶ ὅλου τοῦ πολέμου στόματος, καὶ τῶν λαρύγγων ἐξαρπάζειν, καὶ τὸ σεσωκέναι:

τῶν

τῶν ἡμετέρων ἀεὶ φθέγξεται, καὶ περικηρύξεται, τοῦ Λυκίου Λουκόλλου ἀγωνισθέντος, μετὰ τῶν ἀποθανόντων τῶν στρατηγῶν καταπεσθεὶς τῶν πολεμίων στόλος, καὶ ἀνυπέρβλητος παρὰ τῷ Τενέδῳ ἡ ἐκείνη ναυμαχία: ἡμέτερά ἐστι τὰ τρόπαια, ἡμέτερα τὰ ἐγκαταλείμματα, ἡμέτεροι οἱ τρίαμβοι. ὥστε, οἱ ταῦτα τῷ τῆς φύσεως αὐτῶν ὑμνισθέντες, ὑπὸ τούτων ἡ φήμη τῶν ῥωμαίων ἐπιβόητος γίγνεται. ἤνδανε τῷ Ἀφρικανῷ ἀνωτέρῳ ὁ ἡμέτερος Ἔννιος: οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τοῦ μνημείου. τῶν Σκιπιώνων οἴεται οὗτος καθεστάναι, ἐκ τοῦ μαρμάρου. ἀμέλει γε τοῖς ἐπαίνοις οὐ μόνον αὐτοὶ, οἱ ὑμνιζόμενοι, ἀλλὰ καὶ λαοῦ τοῦ ῥωμαίου τοὔνομα κατακοσμεῖται.

nostra semper feretur, & prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostium classis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa naualis: nostra sunt trophæa, nostra monumenta, nostri triumphi. Quare, quorum ingenijs hæc feruntur, ab ijs populi Rom. fama celebratur. Carus fuit Aphricano superiori noster Ennius. itaq; etiam in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus, è marmore. At ijs laudibus certe non solũ ipsi, qui laudantur, sed etiam populi Rom. nomen ornatur.

In

In cœlum huius proauus Cato tollitur. magnus honos populi Rom. rebus adiungitur: omnes deniq; illi Maximi, Marcelli, Fuluij, nõ ſine cõmuni omnium noſtrum laude decorantur. Ergo illum, qui hæc fecerat, Rudium hominem, maiores noſtri in ciuitatem receperunt: nos hunc Heraclienſem, multis ciuitatibus expetitum, in hac autem legibus conſtitutũ, de noſtra ciuitate eijciemus? Nam ſi quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis verſibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat, propterea quod Græca leguntur

ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τούτου πρόπαππος Κάτων αἱρεῖται. μεγάλη ἡ δόξα τοῖς πράγμασι τοῦ λαοῦ ῥωμαίου ἐπιτίθεται: πάντες δὲ τέλος οἱ ἐκεῖνοι Μάξιμοι, Μάρκελλοι, Φούλβιοι, οὐκ ἄνευ τῆς τῶν ἁπάντων ἡμῶν κοινῆς αἰνέσεως ἐπιπρέπονται. τὸν μὲν οὖν, ταῦτα πεποιηκότα, ῥούδιον ἄνθρωπον, πρόγονοι ἡμῶν τῇ πόλει ὑπεδέξαντο: ἡμεῖς δὲ τοῦτον ἡρακλειον, παρὰ πολλῶν μὲν τῶν πόλεων ἐπιθυμοῦντα, καὶ ἐν ταύτῃ τοῖς νόμοις καταστησάμενον, ἐκ τῆς ἡμετέρας πόλει ἐξοικισόμενοι; εἰ μὲν γάρ τις μείζονος τῆς δόξης καρπὸν νομίζει ἐκ τῶν ἑλληνικῶν μὲν στίχων ἀπολαύειν, ἢ ἐκ τῶν λατίνων, λίαν ἀπαμβροτεῖ, διὰ τὸ τοῦ μὲν ἑλληνικοῦ

ἐν

ἐν ἅπασι σχεδὸν ἔθνεσιν ἀναγνῶναι: τὸ δὲ Λατίνου τοῖς πέρασιν αὐτοῦ, σμικροῖς δήπου, περιπλέκεται: Ὥστε εἰ τὰ πεπραγμένα παρ' ὑμῶν, ταῖς τῆς οἰκουμένης χώραις διορίζεται: γλίχεσθαι χρὴ ἡμᾶς, ὡς ἂν ἥκιστα τὰ τῶν ἡμετέρων χειρῶν βέλη παραβῆναι, καὶ τὴν αὐτόσε τήν τε δόξαν, καὶ φήμην διαπερᾶν: καὶ δὴ τούτων μὲν εὐρύτων τοῖς αὐτοῖς λαοῖς ὄντων, περὶ ὧν τῶν πραγμάτων ταῦτα γράφεται, μάλιστα δὲ καὶ τοῖς περὶ τοῦ βίου, κλέους ἕνεκα, ἀγωνιζομένοις, τοῦτο μέγιστόν ἐστι ὁρμητήριον κινδύνων γε, πόνων γε. ὡς πολλοὺς μὲν γραφεῖς τῶν πραγμάτων αὐτοῦ, μέγας ἐκεῖνος ὁ Ἀλέξανδρος σὺν ἑαυτῷ

in omnibus fere gẽtibus: Latina suis finibus, exiguis sane, continentur. Quare si res hæ quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur: cupere debemus, quo minus manuum nostrarũ tela peruenerint, eodem gloriam, famamq; penetrare: quod cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt: tum ijs certe, qui de vita, gloriæ causa, dimicant, hoc maximũ & periculorum incitamentum est, & laborum. Quam multos scriptores rerum suarum Magnus ille Alexander secum

habuiſſe dicitur? Atq; is tamen, cum in Sigæo ad Achillis tumulum adſtitiſſet, ô fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris! Et vere. nam, niſi Ilias exſtitiſſet illa: idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruiſſet. Quid? noſter hic Magnus, qui cũ virtute fortunam adæquauit, nonne Theophanem Mitylenæum, ſcriptorem rerum ſuarum, in concione militum ciuitate donauit? & noſtri illi, fortes viri, ſed ruſtici, ac milites, dulcedine quadam gloriæ commoti, quaſi par-

ἐσχηκέναι λέγεται; ὁ δὲ ὅμως, ἐπιστὰς παρὰ τῷ Σιγαίῳ ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως τάφου, ὦ εὐδαιμονέστατε, ἔφη, τῶν νεανίσκων, ὁ τῆς ἀνδρείας αὐτοῦ εὑρεθεὶς κήρυκτα τὸν Ὅμηρον: καὶ ὄντως: ὁ μὲν γὰρ, ἐὰν μὴ παραγεγαυῖα εἴη ἡ Ἰλιὰς ἐκείνη, τόγε αὐτὸ τὸ μνημεῖον, σῶμα καλυφθὲν αὐτοῦ, καὶ τοὔνομα καταχώσειεν ἄν. τί δὲ οὗτος ὁ ἡμέτερος Μάγνος; ὁ μετὰ τῆς ἀρετῆς τὴν τύχην ὁμαλίσας, οὐχὶ τὸν μὲν Θεοφάνη Μιτυληνέα, τὸν αὐτοῦ συγγραφέα, ἐν τῷ συλλόγῳ τῶν στρατιωτῶν τῇ πόλει ἐχαρίσατο; οἱ δὲ ἡμῶν ἐκεῖνοι, κράτεροι μὲν ἄνδρες, καὶ ἄγροικοι, στρατιῶται δὲ, τῇ τινι τῆς εὐδοξίας γλυκύτητι διακείμενοι, κα-

θάπερ μετεχόμενοι τοῦ αὐτοῦ ἐγκωμίου, τὸ μέγα βοῶντες, ἐκεῖνο ἐπευφήμησαν; πιστεύω μὲν οὖν, εἰ μὴ τοῖς νόμοις πολίτης ῥωμαῖος Ἀρχίας οὐκ ἂν εἴη, ὡς παρά τινι τῶν στρατηγούντων χαρίσαιτο τῇ πόλει, δεήσεσθαι μὴ τευξάμενος. Σύλλας, τοῖς μὲν Ἰβέροις, καὶ τοῖς Γάλλοις χαριζόμενος, τοῦτον πιστεύω, παραιτούμενον ἀποσείσασθαι ἄν; ὃν ἡμεῖς ἐν τῇ ἀγορᾷ ἑωράκαμεν, τὸ βιβλίδιον ὑποβαλλομένου αὐτῷ τινος ποιητοῦ κακοῦ τοῦ ἐκ τοῦ λαοῦ, ὅτι μόνον τὸ ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτὸν ἐπαλλήλοις μακροτέροις τοῖς στίχοις ποιησάμενος; αὐτίκα ἐκ τούτων, ἅπερ τότε ἐπώλει, κεκελευκέναι αὐτῷ δοῦναι τὸ βραβεῖον ταύτῃ τῇ ἐναποθέσει,

si participes eiusdem laudis, magno illud clamore approbauerunt? Itaq; credo, si ciuis Romanus Archias legibus non esset, vt ab aliquo Imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit. Sylla, cum Hispanos, & Gallos donaret, credo, hũc petentem repudiasset: quem nos in concione vidimus. cum ei libellũ malus poeta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex ijs rebus, quas tunc vendebat, iubere ei præmiũ tribui sub ea conditione,

nequid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam, huius ingenium, & virtutem in scribendo, & copiam non expetisset? Quid? à Qu. Metello Pio, familiarissimo suo, qui ciuitate multos donauit, neque per se, neq; per Lucullos impetrauisset? qui præsertim vsq; eo de suis rebus scribi cuperet, vt etiam Cordubæ natis pöetis, pingue quiddã sonantibus, atq; peregrinum, tamen aureis suas dederet. Neq; enim est hoc dissimulandũ, quod obscurari non potest: sed præ nobis ferendũ:

ἵνα μή τι μετὰ ταῦτα γράψειεν ἄν. ὁ μὲν οὖν τὴν ἐπισπέρχειαν κακοῦ τοῦ ῥαψῳδοῦ ἀξιωποιηθεὶς ὅμως γερασμίου τινὸς, τούτου δὲ τὴν ἀγχίνοιαν, καὶ τὴν ἰσχὺν ἐν τῷ γράφειν, καὶ τὸ πλῆθος, οὐκ ἂν ἐπιθυμήσειεν; τί; ὑπὸ τοῦ Κοΐντου Μετέλλου Πίου, οἰκειοτάτου αὐτοῦ, τοῦ χαρισαμένου πολλοὺς τῇ πόλει, μηδὲ δι' αὐτοῦ, μηδὲ διὰ τῶν Λουκόλλων οὐκ ἂν συγχωρηθείη; τοῦ καὶ ταῦτα ἐς τοσοῦτον περὶ τῶν αὐτοῦ γράφειν γλιχομένου, ὥστε καὶ τοῖς μὲν ἐν Κορδούβᾳ γεγαόσι ποιηταῖς, τοῖς λιπαρόν τι ἠχοῦσι, καὶ ἀλλοδαπὸν, ὅμως δὲ τὰ ὦτα αὐτοῦ παραδοθέντος. οὐ γὰρ ἀποποιητέον, ὅπερ ἀμαυροῦσθαι οὐχ οἷός τ' ὄν: ἀλλὰ προκομιστέον περὶ ἡμῖν:

ἑλκό-

ἑλκόμεθα πάντες τῆς εὐδο-
ξίας τῇ ἐπιθυμίᾳ:
καὶ πᾶς ὁ βέλτιστος μά-
λιστα τῷ κλέει ἐπαγω-
γεῖται. οἱ αὐτ᾽ ἐκεῖνοι
φιλόσοφοι, καὶ ἐν ταύ-
ταις τῶν βίβλοις, αἱ περὶ
τοῦ καταφρονεῖσθαι τῆς δό-
ξης γεγραφότες εἰσὶ,
τοὔνομα αὐτῶν ἐπιγρά-
φουσι: καὶ ἐν τῷ αὐτῷ,
τῆς περικηρυξίας, καὶ τῆς
εὐγενείας παρορᾶσθαι,
κηρυχθῆναι περὶ αὐτῶν,
καὶ ὀνομάζειν ἐθέλουσι. Δέ-
κιος μὲν Βροῦτος, ὁ μὲν
ὕψιστος ἀνήρ τε, καὶ στρα-
τηγός, τοῦ Ακκίου, οἰκειο-
τάτου αὐτοῦ, τοῖς μέτροις,
τῶν τε ἱερῶν καὶ τῶν μνημείων
τὰς εἰσόδους κατεκόσμη-
σεν αὐτοῦ. ἤδη δὲ ἐκεῖνος, ὁ
πρὸς τοὺς Αἰθολοὺς, τοῦ συ-
στρατευσαμένου Ἐννίου, πο-
λεμίσας, Φούλβιος, οὐκ
ἐξαμφοτέρισεν τοῦ Ἄρε-
dubitauit Martis

trahimur omnes
laudis studio: & o-
ptimus quisq; maxi-
me gloria ducitur.
Ipsi illi philosophi,
etiam in illis libel-
lis, quos de conte-
mnenda gloria scri-
bunt, nomen suum
inscribunt: & in eo
ipso, in quo prædi-
cationem, nobilita-
temq́; despiciunt,
prædicari de se, ac
nominari volunt.
Decius quidem Bru-
tus, summus ille vir,
& Imperator, Attij,
amicissimi sui, car-
minibus, templorũ
ac monumentorũ
aditus exornauit
suorum. Iam vero
ille, qui cum Ætolis,
Ennio comite, bel-
lauit, Fuluius, non

manubias Musis cōsecrare. Quare, in qua vrbe Imperatores prope armati, pòetarum nomen, & Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices à Musarum honore, & à pòetarum salute abhorrere. Atq́;, vt id libentius faciatis, iam me vobis iudices, indicabo, & de meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor. Nã, quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius vrbis, atq́ue Imperij, & pro vita ciuium, proq́; vniuersa repub. gel-

ὡς λαβὰς τῶν Μούσαις ἱεροποιεῖν. ἐφ' ᾗ μὲν οὖν, τῇ πόλει σχεδὸν ὡπλισμένοι οἱ στρατηγοὶ τῶν ποιητῶν τοὔνομα, καὶ τοὺς τῶν Μουσῶν νεὼς λατρεύσαντες ἦσαν, ἐπὶ ταύτης οὐ μέλλουσι τηβεννοφόροι οἱ κριταὶ παρὰ τῆς τῶν Μουσῶν τιμῆς, καὶ παρὰ τῆς τῶν ποιητῶν τῆς σωτηρίας μυσάττεσθαι. τοῦτο δὲ, ὡς ἀσμενεστέρως ποιήσαιτε, ἤδη ἐμαυτὸν ὑμῖν ὦ κριταὶ, ἀποφανῶ, καὶ περὶ τῆς τινος φιλοδοξίας ἐμοῦ, λίαν ὀξείας μὲν τάχα, σεμνῆς δὲ ὅμως, καὶ ἐξομολογήσομαι. τὰ μὲν γὰρ, ἐν τῇ ὑπατείᾳ ἡμῶν ἅμα μεθ' ὑμῶν ὑπὲρ σωτηρίας τῆς τε ταύτης πόλεως, καὶ δυναστείας, καὶ τῆς ζωῆς τῶν πολιτῶν, καὶ ὑπὲρ ἁπάσης τῆς πολιτείας πε-

πεπραγμένα, καθήψατο
οὗτος τοῖς στίχοις, ἤτοι
κατήρξατο· τούτων δὲ
ἐγὼ ἀκηκοὼς ὤν, ὅτι
μέγα τὸ πρᾶγμα, καὶ
λυπόν τε ὤφθη, τούτῳ
διατελειῶσαι παρῃνησά-
μην. οὐδενὸς γὰρ ἄλλου
μισθώματος τῶν πόνων τε,
καὶ κινδύνων ἱμειρομένη
ἡ ἀρετή, πλὴν ταύτης
τῆς αἰνέσεως, καὶ τοῦ κλέ-
ους: οὗ μὲν κατασυρθέντος;
ὦ κριταί, τί ἂν γένοιτο
χάρις τινὸς ἐν τοσούτως
σμικρῷ τοῦ βίου δρομήμα-
τι, τοσούτως δὲ μινυνθα-
δίου, τοσούτοις ἂν πόνοις
ἡμᾶς ἀσκήσαιμεν; ἀμέ-
λει, εἰ μή τι, ὁ θυμὸς
προησθῆσθαι ἐς τὸ ὄπι-
σθεν, εἰ δὲ, οἷς, χώραις
τοῦ βίου τὸ διάστημα περι-
εγράφθη, ταῖς αὐταῖς ἁ-
πάσας τὰς διανοίας

simus, attigit hic
versibus, atque in-
choauit: quibus au-
ditis, quod mihi
magna res, & iu-
cunda visa est, hunc
ad perficiendum
hortatus sum. Nul-
lam enim virtus ali-
am mercedem la-
borum, periculorũ-
que desiderat, præ-
ter hanc laudis, &
gloriæ: qua quidem
detracta, iudices,
quid est quod in
hoc tam exiguo vi-
tæ curriculo, & tam
breui, tantis nos in
laboribus exercea-
mus? Certe, si ni-
hil animus præsen-
tiret in posterum,
&, si, quibus regio-
nibus vitæ spatium
circumscriptum est, eisdem omneis co-
gitationes termi-

terminaret suas: nec tantis se laboribus frangeret, neq; tot curis, vigilijsque angeretur, neq; toties de vita ipsa dimicaret. nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ nocteis, & dies animum gloriæ stimulis concitat, atq; admonet, non cum vitæ tempore esse dimittendam cõmemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam. An vero tam parui animi videamur esse omnes, qui in rep. atque in his vitæ periculis, laboribusque versamur, vt, cum vsq; ad extremum spatiũ, nullum tranquillũ, atq;

ὁρίζειν αὐτοῦ: μηδὲ τοσούτοις καμάτοις ῥῆξαι ἑαυτὸν, μηδὲ πρὸς τοσαύταις φροντίσας τε, καὶ τὰς ἀγρυπνίας διαθυμηθείη, μηδὲ τοσάκις περὶ τῆς αὐτῆς ζωῆς διαγωνίσαιτο. νῦν δὲ ἐνιδρύεταί τις τῷ βελτίστῳ ἑκάστῳ ἡ ἀρετὴ, ἥγε νύκτας, καὶ ἡμέρας τὴν ψυχὴν τοῦ κλήτους κέντροις παρορμᾷ, καὶ νουθετεῖ, οὐκ μετὰ τοῦ τῆς ζωῆς χρόνου ἀφίεσθαι τὸ ἀπομνημόνευμα τοὐνόματος ἡμετέρου, σὺν δὲ πᾶσιν τοῖς μεθ' ἡμᾶς ὁμαλισθῆναι. ἆρα μὲν οὖν οὕτως μικρόψυχοι ἂν δοκεῖν ἅπαντες, οἱ περὶ τῆς κοινῆς καὶ τῶν τοῦ βίου κινδύνων, καὶ τῶν καμάτων διατριβόμενοι, ὥστε, μέχρι τοῦ ἐσχάτου διαστήματος, οὐδὲν γαληνόν τε, καὶ σχολα-

χολαθὲν τὸ πνεῦμα, διαγαγόντες, πάντα μεθ' ἡμῶν τελευτήσειν νομίσαιμεν; ἆρα δὲ, τὰς μὲν ἀνδριάντας τά τε ἀγάλματα, οὐ ψυχῶν ὁμοιώματα, σωμάτων δὲ, μετὰ τῆς σπουδῆς πολλοὶ οἱ ἀκρότατοι ἄνθρωποι ἀπειληφότες ἦσαν, τὴν δὲ βουλῶν ἀπολείπειν, καὶ τὴν ἀρετῶν ἡμετέρων εἰκόνα ἧττου πάνυ μᾶλλον ἔσμεν ἀξιούμενοι, τὴν τῶν ἀκροτάτων εὐφυΐαις εἰκογραφθεῖσάν τε, καὶ γλαφυράν; ἐγὼ δὲ πάντα, τὰ παρ' ἐμοῦ πραχθέντα, ἤδη τότε πραξάμενος ᾤμην σκορπίζειν με καὶ διασπείρειν εἰς τὸ τῆς οἰκουμένης ἀεὶ μιμνήσκεσθαι. τούτων δὲ ἤτε παρὰ τῆς αἰσθήσεως ἐμῆς ἀπαλλαξομένων, ἤτε, καθά-

otioſum ſpiritum, duxerimus, nobiſcũ ſimul moritura omnia arbitremur? An, cum ſtatuas, & imagines, non animorũ ſimulachra, ſed corporum, ſtudioſe multi ſummi homines reliquerunt, conſiliorum relinquere, ac virtutum noſtrarum effigiem nonne multo malle debemus, à ſummis ingenijs expreſſam, & politam? Ego vero omnia, quæ gerebam, iam tum in gerẽdo ſpargere me ac diſſeminare arbitrabar in orbis terræ memoriam ſempiternam. Hęc vero ſiue à meo ſenſu poſt mortem abfutura ſunt, ſiue, vt ſapi-

entissimi homines putauerunt, ad aliquam animi mei partem pertinebūt: nunc quidem certe cogitatione quadā, speque delector. Quare conseruate, iudices, hominem pudore, eo, quem amicorum studijs videtis comprobari, tum dignitate, tum etiam venustate: ingenio autem tanto, quantum id conuenit existimari, quod summorū hominum ingenijs expetitum esse videatis: causa vero eiusmodi, quæ beneficio legis, auctoritate municipij, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur.

παρ' οἱ ἐλλογιμώτατοι ᾠήθησαν, πρός τινι τῆς ψυχῆς ἐμοῦ μέρει καθηκόντων, νῦν δ' ἤπου τῇ διανοίᾳ τινὶ, καὶ τῇ ἐλπίδι τέρπομαι. Διασώζετε μὲν οὖν, ὦ δικασταὶ, τὸν ἄνθρωπον, αἰσχύνῃ τῇ ταύτῃ, ἣν τῶν φίλων τοῖς ἐπιτηδεύμασι ὁρᾶτε εὐδοκιμάζειν, εἶτα τῷ ἀξιώματί γε, καὶ τῇ ἐπαφροδίσῳ: ἀγχινοίᾳ δὲ τοσαύτῃ, ὡσαύτῃ χρὴ ταύτην οἴεσθαι, ἣν παρὰ τῶν ἀκροατῶν ἀνθρώπων τοῖς εὐφυμίαις ἀπαιτησαμένην ἐθ' ἑωρακότες: δίκῃ δὲ τοιαύτῃ, ἥ τις ἂν εὐεργετήματι μὲν τοῦ νόμου, τῇ δὲ αὐθεντίᾳ τῆς πόλεως, καὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Λουκόλλου, καὶ τοῖς πίναξι τοῦ Μετέλλου συνδοκιμασθεῖσα τυγχάνει.

τούτων

τούτων μὲν οὖν οὕτως ὑπαρχόντων: αἰτοῦμαι παρ' ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐάν τις οὐ μόνον ἀνθρωπίνη, ἀλλὰ καὶ ἡ θεία ἀμφὶ τὸ τηλικούτων πραγμάτων μέλλει σύστασις εἶναι: τοῦτον, τὸν μὲν ὑμᾶς, τὸν δὲ τοὺς στρατηγοὺς ὑμετέρους, τὸν δὲ τὰ βεβιωμένα τοῦ λαοῦ ῥωμαίου πάντα τὸν χρόνον ἐγκωμιασθέντα: τὸν δὲ τοῖς νεαροῖς ἡμετέροις τε, τῶν ἀινέστεων καὶ τοῖς ὑμῶν ἐφεστίοις τοῖς κινδύνοις ἀΐδιον τὴν μαρτυρίαν δοθήσεσθαι καθομολογοῦντα: τὸν δὲ ἐπὶ τοῦ τοιούτου ὄντα τοῦ ἀριθμοῦ, οἱ πάντα τὸν χρόνον παρὰ τοῖς πᾶσι ὅσιοί τε ἔχειν, καὶ προσαγορεύειν εἰώθοτες: οὕτως εἰς ὑμετέραν πίστιν προσδέχεσθε, ὡς τῇ φιλανθρωπίᾳ

Quæ cum ita sint: petimus à vobis, iudices, si qua non modo humana, verum etiam diuina in tantis negotijs commendatio debet esse: vt eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi R. res gestas semper ornauit: qui etiam his recentibus nostris, vestrisque domesticis periculis æternum se testimonium laudum daturum esse profitetur: quique est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti, atq; dicti: sic in vestram accipiatis fidem, vt humanitate

vestra

vestra leuatus potius, quam acerbitate violatus esse videatur. Quæ de causa pro mea consuetudine, breuiter, simpliciterque dixi, iudices, ea confido probata esse omnibus: quæ non fori, neq; iudiciali consuetudine, & de hominis ingenio, & cũmuniter de ipsius studio locutus sum, ea iudices, à vobis spero esse in bonam partem accepta: ab eo, qui iudicium exercet, certò scio.

ὑμῶν κουφισθεὶς μᾶλλον, ἢ στρυφνότητι ὑβριζόμενος ἂν δοκεῖσθαι. τὰ μὲν περὶ τῆς δίκης κατὰ τὴν συνήθειάν μου, βραχέως τε, καὶ ἁπλῶς εἰρημένα, ὦ κριταί, θαῤῥέω εὐδοκιμασθῆναι παρὰ τῶν πάντων: ἅπερ δὲ οὔτε μὲν τῆς ἀγορᾶς, οὔτε δὲ δικανικοῦ τοῦ ἔθους, καὶ περὶ τοῦ ἀνθρώπου τῆς ἀγχινοίας, καὶ κοινῶς περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπιτηδεύματος εἰλοχώς εἰμι, ταῦτα δικάσαι, παρὰ μὲν ὑμῶν ἐλπίζω εἰς ἀγαθὸν μέρος εἰληφέναι: παρὰ δὲ τοῦ ἀσκήσαντος τὰ τῆς κρίσεως, δέχειν οἶδα.

Εὐχὴ

ΕΥΧΗ ΚΥΡΙΑΚΗ.

ORATIO DOMINICA.

ΚΟΙΝΩ͂Σ.

COMMVNITER.

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς; τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς, ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. καὶ μὴ εἰσενέγκης ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ἀμήν.

ΑΤΤΙΚΩ͂Σ.

ATTICE.

Πάτηρ ὑμῶν ὅγε ἐν τῶν οὐρανῶν, ἁγιασθήτω τοὔνομά σεθεν, ἐλθέτω ἥγε βασιλῆα σέθεν, γενηθήτω τόγε θέρημά σέοθεν, ὡς ἐν οὐρανοῦ καὶ ἐπὶ τῆσγε γῆς. τόνγε ἄρτον ἡμῶν τόνγε ἐπιούσιον, δὸς ἡμῖν τήμερον, καὶ ἄφες ἡμῖν τάγε ὀφεωρήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμῆς, ἀφίεμεν τοῖσι ὀφειλέτασι ἡμῶν, καὶ μὴ ἐσενέγκης ἡμᾶς ἐς πησασμόν. ἀλλὰ σῦσαι ἡμᾶς, ἀπὸ τοῦγε πονησοῦ. Ἀμήν.

Ιωνικῶς

ΙΩΝΙΚΩ͂Σ.

IONICE.

Πέτερ ἡμέων ὁ ἐν τοῖσι οὐρανοῖσι, ἁγιάζεσθω τὸ οὔνομά σου, ἐλθέμεναι ἡ βασιλήϊα σου, γένεσθω τὸ τέλημά σεο, ἐν οὐρανῷ ὡς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἄρτον ἡμέων τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, καὶ ἄπες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμέων ὡς καὶ ἡμέες, ἀπίεμεν τοῖσι ὀφειλέτῃσι ἡμέων, καὶ μὴ ἐσενέγκῃς ἡμέας εἰς πειρασμόν. ἀλλὰ ῥυέμεναι ἡμέας, ἀπὸ τοῖο πονηροῖο. Ἡμήν.

ΔΩΡΙΚΩ͂Σ.

DORICE.

Απφὺ ἀμέων ὢν τοῖσιν ὠρανοῖσιν, ἁγιασθήτω τὸ ὄνυμά τευ, ἐνθέτω ἁ βασιλεία τεῦ, γενηθήτω τὸ θέλημά σου, τῶς πολὰν ἐν ὠρανῷ καὶ ἐπὶ τᾶς γᾶς, τὸν ἄρτον ἀμέων τὸν ἐπιούσιον δὸς ἀμῖν σάμερον, καὶ ἄπες ἀμῖν, τὰ ὀφειλάματα ἀμῶν, τῶς καὶ ἄμες, ἀπίεμες τᾶσι ὀφελέταισιν ἀμῶν, καὶ μὰ ἐσενέγκῃς ἄμμε ἐς πειρασμόν. ἀλλὰ ῥῦσαι ἀμαῖς, ἀπὸ τῶ πονηρῶ. Ἀμάν.

ΑΙΟΛΙΚΩΣ.

ÆOLICE.

ΠΉτερ ἀμμέων ὁ ἐν τοῖσι ὠρανοῖσι, ἀζιαθήτω τὸ ὄνυμά ζοὺ, ἐλθέτω ἡ βασιλοία ζοὺ, γενηθήτω τὸ Φέλημά ζοὺ, ὡς ἐν ὠράνω κὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν ἄρτον ἀμμέων τὸν ἐπιούσιον δὸς ἄμμιν ζήμερον, κὰ ἄφες ἄμμιν. τὰ ὐφοιλήματα ἀμμέων, ὡς κὰ ἄμμες, ἀφίεμεν τοῖς ὐφοιλέταις ἀμμέων, καὶ μὴ οἰσενέγκῃς ἄμμε οἰς μοιρασμόν. Fαλλὰ ῥῦσαι ἄμμε ἀμὸ τοῦ μονηρῶ. Ἠμὴν.

ΤΗ͂ ΔΙΑΛΕΚΤΩ,

ἡ τὸ πλεῖθος ἐπὶ τῆς τοῦ Κωνσταντίνου πόλεως χρῶνται.

DIALECTO,

Eâ qua vulgus Constantinopoli vtitur.

ΠΑτερ ημας, οποιος ισε εης τως ουρανους, αγιαθητω το ονομα ζου, να ερθη βασιλεια ζου, το θελημα σου. να γενεθη, ετζου εν τη γη, ως εις τον ουρανον, το ψωμι ημας δοσε ημας ζημερον, και ζυχορασε ημας τα κρηματα ημων, ετζου και εμης, σιχορασόμεν εκεινους οπου μας αδικουν, και μεν φερνης ημας εις το πειρασμο. αλλα ζωσον ημας, απο το κακο. Αμην.

Errores

Errores qui irrepſerunt.

Folio 2. ſub Stemmate verſu 2. Δοῦκα σέο, lege Δουκά σὲο. F.17.v.3. ἐυ, l. εὖ. F.19. v.18. δρεσμόν, l. δεσμόν. ibid. κοινον, l. κοινόν. ibid. v. 20. ζονεχονται, l. ζωνέχονται. F. 20. v. 17. φθέγυντι, l. φθέγγοντι. ib. v. 20. ἀκρολέιτου, l. ἀκρολάτου. F.22. v.7. ἀντιοχεία, l. ἀντιοχεία. F. 26. v. 6. Συλλάιου, l. Συλλάνου. F.27.v.3. τῆς superfluum. F.27.v.19. παρεγενόμενοι, l. παραγενόμενοι. Fol. 28. τὴν πίστιν, τάυτην l. τὴν πίστιν ταύτην. Fol. 30. v. 4. ὀ τοιστίναξι, l. οὖν τοῖς πίναξι. F. 32.v.4. ἤδη, l. ἤδη. Fol. 33. v. 1. ένεκα, l. ἕνεκα. F. 32. v. 6. τὴν, l. τήν. F. 40. v. 13. ἐμελλομεν, l. ἐμέλλομεν. F. 41. v. 12. γενος, l. γένος. ibid. v. 13. ὄτω, l. οὕτω. Fol. 43. v. 20. πολιτὴν, l. πολίτην. F. 44. v. 9. θελημαι, l. θελήματι. F. 45. v. 16. ἠγαπησαντο, l. ἠγαπήσαντο. F. 46. v. 3. ἰσχυρώτατον τε, l. ἰσχυρώτατόν τε. F. 47. v. 13. οἱ ταδτα, l. οἱ ταῦτα. F. 48. v. 20. γάρ πις, l. γάρτις.

Sub fauſtâ interim gubernatione. Magnifici & Adm: Reuer: Domini, D. IACOBI NAIMANOWIC, I. V. D. ac Profeſſoris, Cathedr. Eccl. Crac. Canonici, Archidiaconi Pileoen. &c. &c. Generalis Rectoris, & Procancellarij Almæ Acad. Crac. longè digniſſ.

2

P·A·N
BIBLIOTEKA GDAŃSKA

Cc 11872³

8°

ΩΚΕΛΛΟΣ
Ὁ ΛΕΥΚΑΝΌΣ
ΦΙΛΌΣΟΦΟΣ
Περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως.

OCELLVS LVCANVS
PHILOSOPHVS
DE VNIVERSI NATVRA,

interprete

LVDOVICO NOGAROLA

Com. Veronensi.

Eiusdem NOGAROLAE *Annotationes in* OCELLVM, *& Epistola de uiris illustribus* Italis *qui* Græcè *scripserunt.*

·EDITIO· TERTIA, collatione exemplarium melior facta.

In bibliopolio Hieronymi Commelini.

∞ D XCVI.

EX·BIBLIOTHECA·SENA
TVS · GEDANENSIS ·

DE OCELLO LVCANO PHILO IVDAEVS IN libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, id est, de Mundo non interituro, sic meminit.

ΕΝΙΟΙ δ' οὐκ Ἀριστοτέλη τῆς δόξης εὑρετὴν λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινάς. ἐγὼ γοῦν τῷ Ὠκέλλου συγγράμματι Λευκανοῦ γένος ἐπιγεγραμμένῳ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἐνέτυχον, ἐν ᾧ ἀγένητόν τε καὶ ἄφθαρτον, οὐκ ἀπεφαίνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἀποδείξεως κατεσκεύαζεν τὸν κόσμον εἶναι.

Cæterum sunt qui tradant opinionis huius non Aristotelem primum auctorē, sed Pythagoreos quosdam fuisse. At mihi Ocelli genere Lucani inscriptum de uniuersi natura commentarium oblatum est, in quo quidem mundum esse ingenitum, & nunquam interiturum non solum protulit, uerum etiam exquisitissimis rationibus comprobauit.

Lucianus quoque vbi agit ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος, quod est de errato in salutatione, ita scribit (quamuis non nominet Ὤκελλον, sed Οἴκελλον.)

Ὁ μέντοι θεσπέσιος ὁ Πυθαγόρας εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Οἰκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, οὔτε τὸ εὖ πράττειν προὔγραφον, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευσεν. id est, *Diuinus quidem*

Pythagoras, tametsi nullam nobis reliquit literam, ut ex Ocello Lucano, & Archyta, aliisque eius discipulis licet coniicere, non εὐπράττειν, id est, bene agere, scribi debere, sed ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν, id est, ab ipso ualere, incipiendum esse praecepit.

Diogenes item Laertius quandam Archytæ Tarentini, quæ est ad Platonem, epistolam vitæ illius inseruit, in qua hunc philosophum non Ocellum, sed Vcellum nuncupat, ac nonnullos eiusdem recenset libros.

Καλῶς ποιεῖς, ὅτι ἀποπέφευγας ἐκ τῆς ἀρρωστίας. ταῦτα γὰρ ἐπέσταλκας, καί τοι περὶ Δαμασκιωὸν ἀπήγγηλον. περὶ δὲ τῶν ὑπομνημάτων ἐπεμελήθεμες, καὶ ἀνήλθεμες ὡς Λευκανὼς, καὶ ἐνετύχομες τοῖς Οὐκέλλω ἐγγόνοις. τὰ μὲν ὦν περὶ νόμων, περὶ βασιλείας καὶ ὁσιότητος καὶ τῆς παντῶν γενέσιος αὐτοί τε ἔχομες καὶ τινὰ ἐπεστάλκαμες. τὰ δὲ λοιπὰ οὐ τοίνυν γε δύναται εὑρεθῆμεν· αἰ δὲ εὑρεθῇ, ἥξει τοι.

Hanc ita conuerti:

Bene quidem est, quod à morbo euaseris. Hoc enim ex tuis literis accepi, & Damascenus nunciauit. De commentariis studiosè egimus: ad Lucanos accessimus, ibique conuenimus Ocelli nepotes. Quæ ab eo de Legibus, de Regno, Iustitia, omniúmque rerum ortu scripta fuerunt, & ipsi habemus, & ex his quædam ad te misimus. Reliqua etiam nunc reperiri non possunt. si inuenta fuerint, ad te perferentur.

Plato deinde respondens Archytæ, Ocellum, quamuis suppresso eius nomine, maximè laudat: dicítque Ocelli maiores fuisse Troianos, probos quidem viros, qui exules sub Laomedõte Rege, Myram Lyciæ ciuitatem commigrauerint. In Platonis Epistola his verbis

scriptum

ſcriptum eſt.

Τὰ μὲν περὶ σοῦ ἐλθόντα ὑπομνήματα θαυμαστῶς ἀσμένοι τε ἐλάβομεν, καὶ τοῦ γράψαντος αὐτὰ ἠγάσθημεν, ὡς ἔνι μάλιστα. καὶ ἔδοξεν ἡμῖν ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν παλαιῶν προγόνων. λέγονται γὰρ οἱ ἄνδρες οὗτοι Μυραῖοι εἶναι. οὗτοι δ' ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοὶ, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ.

Ioannes Picus Mirandulanus Comes libro primo contra Aſtrologos.

Cur & Ocellus idem Lucanus in libro de Mundo, teſtimonio etiam ipſe Platonis eminentiſſimus.

Cum Archytas in epiſtola ſua Ocelli opuſculum de omnium rerum ortu cum aliis tribus enumerat, hoc ipſum quod Latinum feci, intelligi oportet. Hæc enim duo idem valent, τὸ περὶ τῆς πάντων γενέσιος, & τὸ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως: nam & generatio naturæ nomen obtinuit, quippe quæ in naturam ferat tanquam via. quod non ignorauit Ariſtoteles, cum ita ſcripſit libro ſecundo de Naturali Auditione:

Ἔτι δὲ ἡ φύσις ἡ λεγομένη ὡς γένεσις, ὁδός ἐστιν εἰς τὴν φύσιν.

OCELLVS LVCANVS
De Vniuerso. Cap. I.

OCellvs Lucanus de vniuersi natura conscripsit hæc, quæ quidem ille partim certis indiciis ab ipsa edoctus natura, partim opinatione & ratione ab intelligentia quod probabile est, coniectura secutus dedicerat.

Vniuersum quidem, vt ego arbitror, nec interiturum vnquam est, nec vllum aliquando habuit ortum: cùm fuerit semper futurúmque sit. si enim tempori subditum foret, haud sanè esse perpetuo posset. ita igitur fit, vt & ingenitum sit, & item non interiturum. Nam si quis ipsum esse generatum ortu existimet, certè nullo modo in quod dissoluatur & desinat, inuenire poterit. prima siquidem vniuersi portio illa existet, ex qua primo genitum fuerit: vltima, in quam postremum dissipabitur.

At verò vniuersum si generetur, cum omnibus partibus simul generetur, & si intereat,

ὨΚΕΛΛΟΣ Ὁ ΛΕΥΚΑΝΟ'Σ

περὶ τοῦ παντός. κεφ. α.

ΤΑ'ΔΕ συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς, περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ἐκμαθών· τὰ δὲ καὶ δόξῃ μετὰ λόγου τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος.

Δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγένητον· ἀεί τε γὰρ ἦν, καὶ ἔσται. εἰ γὰρ ἔγχρονον, οὐκ ἂν ἔτι ἦν. οὕτως οὖν ἀγένητον τὸ πᾶν καὶ ἀνώλεθρον. οὔτε γὰρ, εἰ γενόμενόν τις αὐτὸ δοξάζει, εὕροιτο ἂν εἰς ὃ φθαρείη καὶ διαλυθείη. ἐξ οὗ γὰρ γέγονεν, ἐκεῖνο πρῶτον τοῦ παντὸς ἐστίν. εἰς ὅ τε πάλιν φθαρήσεται, ἐκεῖνο ἔσχατον τοῦ παντὸς ἔσται.

Τό γε δὲ πᾶν γινόμενον, σὺν πᾶσι γίνεται· καὶ τὸ φθειρόμενον, σὺν πᾶσι φθείρεται· καὶ

τοῦτο γὰρ ἀδύνατον. ἄναρχον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον τὸ πᾶν. οὐ μὴν οὖν ἄλλως ἔχει ἢ οὕτως.

Πᾶν τε τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφὸς, καὶ διαλύσεως ὀφείλον κοινωνῆσαι, δύο ἐπιδέχεται μεταβολάς· μίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. καλεῖται δὲ τὸ μὲν ἀφ' οὗ περ ἂν ἄρξηται μεταβάλλειν, γένεσις· τὸ δὲ εἰς ὃ ἀφικνεῖται, ἀκμή. δευτέραν δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. τὸ δὲ συμπέρασμα τῆς μεταβολῆς ταύτης ὀνομάζεται φθορὰ καὶ διάλυσις.

Ἐὰν οὖν καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν γεννητὸν ἐστὶν καὶ φθαρτὸν, γενόμενον, ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον μετέβαλε, καὶ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον· ὥστε καὶ ἀπὸ (τοῦ) μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον μεταβαλεῖ, καὶ ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. Γενόμενος ἄρα ὁ κόσμος αὔξησιν ἔλαβε καὶ ἀκμὴν, καὶ πάλιν λήψεται φθίσιν καὶ τελευτήν. ἅπασα

intereat, pariter cum iiſdem intereat opus eſt. hoc autem fieri nequit. vniuerſum igitur principio caret & fine, nec eueniet vt aliter quàm hoc modo, ſe habeat.

Ad hæc autem quidquid generationis initium acceperit, & diſſipationis particeps futurum ſit, id duas habeat mutationes neceſſe eſt: quarum ſane altera à re minore in maiorem, & à deteriore in meliorem progreditur, ac generetatio quidem dicitur: vnde mutationis origo ducta ſit, ſtatus, in quod illa ipſa peruenerit: altera vero à re maiore ad minorem, & à meliori in deterius efficitur. Huius autem mutationis exitus, ſiue concluſio, interitus & diſſolutio nuncupatur.

Hac igitur ratione ſi vniuerſum & totum genitum interiturumque ſit, illud à minori ad maius, & à deteriori in melius neceſſario mutatum fuerit. Ex quo etiam eueniet, vt eiuſdem mox à maiori ad minus & à meliori in deterius ſequatur mutatio. Mundus itaque ſi genitus ſit, vt accretionem & ſtatum accepit, ſic decretionem & finem poſtea ſuſcipiet. Nam omni

naturæ, quæ progressionem habet, termini quidem tres, & duo attribuuntur intervalla. Termini profecto sunt generatio, status, & interitus: interualla vero, quod inter generationem & statum, quódque inter statum & finem medium interiectúmque est.

Verum enimuero totum, & vniuersum hoc, nullum ex se nobis huiusmodi indicium præbet: neque enim oriri ipsum vnquam vidimus, nec melius aut maius fieri, nec certe deterius aut minus euadere: sed vnum semper & idem permanere, sibique par & sui simile semper existere.

Huius sanè rei signa habentur & indicia, & ea quidem perspicua, ordines scilicet, symmetriæ, figuræ, situs, interualla, facultates, celeritates tarditatésque motuũ, corúmque inter se proportiones, numeri præterea, & vicissitudines, commutationésque temporum. Eiusmodi enim omnia, vt mortalis hæc & generationi obnoxia progreditur natura, mutationem diminutionémque suscipiunt. ac quæ maiora quidem, & potiora fuerint, statum ipsum propter vigorẽ: quæ autem minora

dete-

γὰρ φύσις, ἡ ἔχουσα διέξοδον, ὅρους ἔχει τρεῖς καὶ δύο διαστήματα. ὅροι μὲν οὖν εἰσὶ τρεῖς, γένεσις, ἀκμή, τελευτή· διαστήματα δὲ, τό τε ἀπὸ τῆς γενέσεως μέχρι τῆς ἀκμῆς, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκμῆς μέχρι τῆς τελευτῆς.

Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν, οὐδὲν ἡμῖν ἐξ αὐτοῦ παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτον· οὔτε γὰρ γινόμενον αὐτὸ εἴδομεν, οὔτε μὲν ἐπὶ (τὸ) βέλτιον καὶ τὸ μεῖζον μεταβάλλον, οὔτε χεῖρον ποτὲ ἢ μεῖον γινόμενον· ἀλλ' ἀεὶ κατὰ ταὐτὸ καὶ ὡσαύτως διατελεῖ καὶ ἶσον καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτοῦ.

Τὰ σημεῖα δὲ καὶ τεκμήρια αὐτοῦ ἐναργῆ (αἱ) τάξεις, (αἱ) συμμετρίαι, σχηματισμοί, θέσεις, διαστάσεις, δυνάμεις, ταχύτητες πρὸς ἄλληλα καὶ βραδύτητες, ἀριθμοὶ καὶ χρόνων περίοδοι. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα μεταβολὴν καὶ μείωσιν ἐπιδέχεται, κατὰ τὴν τῆς γεννητῆς φύσεως διέξοδον. τῇ μὲν γὰρ ἀκμῇ διὰ τὴν δύναμιν τὰ μείζονα καὶ τὰ βελτίονα παρέπεται, τῇ δὲ

φθίσει διὰ τὴν ἀσθένειαν τὰ μείονα καὶ χείρονα.

Τὸ δὲ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον. διὰ γὰρ τοῦτο, καὶ τῆς προσηγορίας ἔτυχε ταύτης ἐκ τῶν ἁπάντων δὴ κοσμηθείς. σύστημα γὰρ ἐστὶν τῶν ὅλων φύσεων αὐτοτελὲς, καὶ τέλειον· ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν· εἰ γὰρ τί ἐστὶν, ἐν τῷ παντί ἐστι, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν, καὶ σὺν αὐτῷ (τὸ) πάντα ἔχειν, τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δὲ ὡς ἐπιγεννήματα.

Τὰ μὲν οὖν ἐμπεριεχόμενα τῷ κόσμῳ, πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογήν· ὁ δὲ κόσμος πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ᾽ αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα, τὴν φύσιν οὐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν, ἀλλ᾽ ἔτι δεῖται τῆς πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐχόμενα συναρμογῆς. ζῶα μὲν πρὸς ἀναπνοήν, ὄψις δὲ πρὸς τὸ φῶς, αἱ δὲ ἄλλαι αἰσθήσεις, πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητόν· τὰ δὲ φυτὰ πρὸς τὸ φύεσθαι· Ἥλιος δὲ καὶ σελήνη, καὶ οἱ πλανῆτες

καὶ

deterioráque ſunt, interitum præ imbecillitate conſequi ſolent.

At totius & vniuerſi nomine totum hunc mundum intelligo: nam ob id quod vniuerſitate rerum diſtinctus ornatúsque ſit, appellationem hanc adeptus eſt. Perfecta enim & abſoluta quædam naturarum omnium collectio eſt, extra quam nihil prorſus conſiſtit, ſed quidquid fuerit, illud in vniuerſo, & cum vniuerſo comprehendatur oportet: cuius ſanè proprium videtur eſſe, omnia velut partes, velut res aduentitias, & externas continere.

Atque ea quidem, quæ Mundus complectitur, cum Mundo: Mundus vero cum nulla alia re, quàm cum ſe ipſo cognationem & conſenſum habet. Sed cum ſingulæ quæque res ex diminuta & minime perfecta conſtent natura, neceſſario factum eſſe videtur, vt externo adhuc illæ adminiculo egeant, atque cum iis quæ ſibi proximæ fuerint, coniungi copularíque debeant; vt animalia quidem cum aere ad reſpirandum, aſpectus oculorum cum lumine, ac reliqui pariter ſenſus cum re, & ea quidem propria, quæ vnicuique eorum obiicitur. Stirpes item & plantæ cum terræ ſucco, cuius vi pullulant & creſcunt. Sol quoque, Luna, & ſtellæ tam inerrantes

quam vagæ, cum Mundo, quem ipsæ tanquam partes distinguunt, atque exornant cognatione quadam iunctæ & continentes sunt. Mundus vero non nisi cum se ipso coniungitur & coalescit.

Quin etiam ex his facile intelligi poterit, id esse verum, quod dicimus. Nam & ignis cùm aliis rebus impartiendi caloris vim habeat, ipse ex seipso calidus est. Mel quoque quod sua nos dulcedine potest afficere, suapte natura dulce suauéque est. Similiter exquisitarum rationum principia, quæ res occultas demonstrant, ipsa ex se ipsis perspicua claráque sunt. pari modo quod aliis rebus causa est, cur perfectę sint, id sua vi perfectum absolutúmque est. Quod item efficit, vt alia seruentur ac permaneant, ipsum sua sponte saluum itidem est, ac permanens: atque quod aliis rebus conuenientiam, & concentum præbet, illud sua natura aptum concinnúmque est. Mundus igitur cum sit in causa cur existant aliæ res, seruentur, & perfectionem habeant, iccirco sua vi sempiternus est, æternóque permanens tempore, atque ob eam rationem habetur auctor, cur aliæ quoque res perpetuo durent, & consistant.

Omnino

καὶ (οἱ) ἀπλανεῖς κατὰ τὸ μέρος μὲν τῆς (κοινῆς) διακοσμήσεως αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ.

Ἔτι δὲ καὶ οὕτως εὔγνωστον ἔσται τὸ λεγόμενον, ὅτι ἀληθές ἐστι. τό τε γὰρ πῦρ ἑτέρῳ θερμαντικὸν ὄν, αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ θερμόν ἐστι. καὶ τὸ μέλι γλυκαντικὸν γινόμενον, αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ γλυκύ ἐστι. καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων τῶν ἀφανῶν σημαντικαὶ οὖσαι, αὐταὶ ἐξ ἑαυτῶν ἐμφανεῖς τε καὶ γνωστικαί εἰσιν. οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς αὐτοτελείας, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ αὐτοτελές ἐστι· καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς σωτηρίας καὶ διαμονῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ σωζόμενον καὶ διαμένον ἐστί. καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς συναρμογῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ συνηρμοσμένον ἐστίν. ὁ δέ γε κόσμος, αἴτιός ἐστι τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι καὶ τοῦ σώζεσθαι, καὶ τοῦ αὐτοτελῆ εἶναι· αὐτὸς ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ ἀΐδιός ἐστι καὶ αὐτοτελής, καὶ διαμένων τὸν πάντα αἰῶνα, καὶ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο τοῖς ἄλλοις παραίτιος γινόμενος τῆς διαμονῆς (τῶν ὅλων.)

Ὅλως δὲ εἰ καὶ διαλύεται τὸ πᾶν, ἤτοι εἰς τὸ ὂν, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν διαλυθήσεται. καὶ εἰς μὲν τὸ ὄν, ἀδύνατον· οὐ γὰρ ἔσται τοῦ παντὸς φθορά, ἐὰν εἰς τὸ ὂν διαλύηται· τὸ γὰρ ὄν, ἤτοι τὸ πᾶν, ἢ τὸ μέρος τί ἐστι τοῦ παντός· καὶ μὴν οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὄν. ἀμήχανον γὰρ τὸ ὄν, ἀποτελέσθαι, ἐκ τῶν μὴ ὄντων, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι. ἄφθαρτον ἄρα καὶ αἰώλεθρον τὸ πᾶν.

Εἰ δὲ καὶ δοξάζοι τὶς αὐτὸ φθείρεσθαι, ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἔξω τοῦ παντός, φθαρήσεται δυναστευόμενον, ἢ ὑπό τινος τῶν ἐντός, οὔτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν. ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντός, οὐδέν· τὰ γὰρ ἄλλα πάντα ἐν τῷ παντί, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὁ Κόσμος· οὔτε ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ. δεήσει γὰρ ταῦτα μείζονα (τε) καὶ δυναμικώτερα εἶναι τοῦ παντός. τοῦτο δὲ οὐκ ἀληθές. ἄγεται γὰρ τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ παντός, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ σώζεται καὶ συνήρμοσται, καὶ βίον ἔχει καὶ ψυχήν. εἰ δὲ οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν, οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔνδοθεν φθαρήσεται τὸ πᾶν.

ἄφθαρ-

Omnino autem si ipsum vniuersum intereat, illud aut in id quod est; aut certe in nihilum dissipetur, oportet. in id quod est, fieri nequit, siquidem vniuersitatis rerum non erit interitus; si in id quod est, fiat dissolutio. nam id quod est, aut ipsum vniuersum, aut vniuersi portio existit. Neque vero in nihilum, cum fieri non possit, vt id quod est, aut ex nihilo fiat, aut in nihilum abeat. æternum igitur, nec vllo modo internitioni obnoxium est vniuersum.

At siquis ipsum esse interiturum existimet, id profecto vel ab externa, vel ab interiore causa victum dissoluetur, sed non ab externa, cum extra vniuersum nihil sit, siquidem cætera omnia in vniuerso continentur, ac totum & vniuersum idem habetur quod Mundus, neque etiam ab iis quæ in eo sunt. maiora enim & valentiora esse oportebit, quàm ipsum vniuersum. quod tamē falsum esse perspicuū est. cum omnia ab vniuerso agantur moueantúrque, & secundum hoc ea etiam seruentur, & coagmentata sint, vitámque & animam habeant. Quod si nec interioris nec externæ causæ vi interiturum est vniuersum,

Mundus, quem eundem esse quod vniuersum, censemus, nunquam destruetur nec dissipabitur.

Iam vero vniuersa natura si tota spectetur, successionis continuationem à primis & maxime honorandis partibus proportione quadam auferre videtur, eámque attenuare, & cunctis rebus mortalibus adiungere, propriæ constitutionis progressionem suscipiens (nam prima quæ mouentur, corpora eadem atque eodem modo suum orbem conficiunt) progressionem dico, non quæ deinceps & continenter nec mutato loco, sed quæ facta ex alio in aliud mutatione effici solet.

Ignis enim si in vnum cogatur, & densescat, aerem, aer aquam, aqua terram producit: à terra vicissim idē vsque ad ignem à quo cœperat mutatio, circuitus agitur. Arbores vero fructum ferentes, & stirpium plurimæ ex seminibus sui ortus initium habent, fructus vero producti, & iam perfecti rursus ab eodem in idem commeante natura dissoluuntur.

At ho-

ἄφθαρτος ἄρα καὶ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος. τοῦτο γὰρ ἔφαμεν εἶναι τὸ πᾶν.

Ἔτι δὲ καὶ ὅλη δι' ὅλης ἡ φύσις θεωρουμένη τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τιμιωτάτων ἀφαιρεῖ κατὰ λόγον ἀπομαραινομένη τὸ συνεχές, καὶ προσάγουσα ἐπὶ πᾶν τὸ θνητὸν καὶ διέξοδον ἐπιδεχομένη τῆς ἰδίας συστάσεως· τὰ μὲν γὰρ πρῶτα κινούμενα κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλον ἀμείβει διέξοδον, οὐκ ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς, οὐ μὴν τὴν κατὰ τόπον, ἀλλὰ τὴν κατὰ μεταβολήν.

Πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον, ἀέρα ἀπογεννᾷ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν· ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ περίοδος τῆς μεταβολῆς (μέχρι πυρὸς) ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν. οἱ δὲ καρποί, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ῥιζοφύτων ἀπὸ σπερμάτων αἱ ἔλαβον τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως, καρπωθέντα δὲ καὶ τελεσφορήσαντα, πάλιν ἐπὶ (τὸ) σπέρμα τὴν ἀνάλυσιν ποιεῖται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν διέξοδον ἐπιτελουμένης τῆς φύσεως.

Οἱ δὲ ἄνθρωποι καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα μᾶλλον ὑποβεβηκότως τὸν καθόλου ὅρον τῆς φύσεως ἀμείβουσιν. (οὐ γάρ ἐστιν ἐπαναμάκαμψις αὖθις ἐπὶ τὴν προτέραν ἡλικίαν,) οὐδὲ ἀντιπεριίστασις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος καὶ γῆς, ἀλλὰ τὸν διὰ (τῶν) τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα καὶ τὰς μεταβολὰς τῶν ἡλικιῶν, διαλύεται καὶ ἀπογίνεται). ταῦτα οὖν ἐστὶ σημεῖα τέ καὶ τεκμήρια τοῦ τὸ μὲν ὅλον καὶ τὸ περιέχον μένειν ἀεὶ καὶ σώζεσθαι, τὰ δ' ἐπὶ μέρους καὶ ἐπιγινόμενα (αὐτοῦ) φθείρεσθαι καὶ διαλύεσθαι.

Ἔτι δὲ τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον, καὶ τοῦ σχήματος καὶ τῆς κινήσεως καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῆς οὐσίας, τοῦτο πιστοῦται διότι ἀγένητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος. ἥτε γὰρ τοῦ σχήματος ἰδέα, κύκλος. οὗτος δὲ πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος. διόπερ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος. ἥτε τῆς κινήσεως κατὰ κύκλον. αὕτη δὲ ἀμετάβατος καὶ ἀδιέξοδος. ὅ τε χρόνος (ὁ) ἄπειρος, ἐν ᾧπερ ἡ κίνησις, διὰ τὸ μήτε

At homines & cætera animalia humiliore quadam ratione commune naturæ explent terminum. non enim ad primam ætatem reflectuntur, & redeunt, nec contrarii circunstantiæ quemadmodum ignis & aer, aqua & terra, vicissim mutantur, sed cum per quatuor, qua dispartitum orbem, & mutationes ætatum confecerint, dissoluuntur & pereunt. hæc sunt igitur signa & indicia vniuersum quidem ipsum, quod omnia continet, permanere, & conseruari semper, singulas eius partes & res aduentitias interire & destrui.

Prætea vniuersi figura, motus, tempus & substantia, cum huiusmodi sint, vt principium non habeant, neque finem, nobis fidem faciunt, qua ratione mundus nec genitus, nec interiturus sit. Nam figuræ forma globosa est, vndequaque par, & sui similis. quapropter forma hæc principio caret & fine. Motionis quoque illud est genus, quod in orbe fertur: firmum & stabile & pristinum statum nunquam deserens. Tempus item est infinitum, in quo versatur motus. nam ipsum vt sui motus non

accepit initium, sic nec finem accepturum est. Postremo eius substantia nec augescere, nec mutari potest. quippe quæ nec à deteriori in melius, nec contra à meliori in deterius sua natura mutabilis sit. Ex iis igitur omnibus facile credi potest, nec mundi ortum fuisse, nec interitum fore. Ac de toto quidem & vniuerso hactenus satis.

Capvt II.

VErum cum in vniuerso duæ existant res, quarum altera generatio, altera generationis habetur causa; ac generatio quidem ea esse videatur, in qua res ipsæ mutantur, & id quod sunt esse desinunt: generationis vero causa, vbi subiecta res eadem seruatur & permanet: hanc sane efficiendi, & mouendi, illam vero accipiendi & patiendi vim habere perspicuum est.

Fata autem ipsa impatibilem atque immobilem mundi partem distinguunt & separant, nam Lunæ cursus inter immortali-

ἀρχὴν εἰληφέναι τὸ κινούμενον, μήτε τελευτὴν λήψεσθαι. ἡ γὲ μὴν οὐσία τῶν πραγμάτων ἀνέκβατος καὶ ἀμετάβλητος, διὰ τὸ μήτε ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον, μήτε ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον πεφυκέναι μεταβάλλειν. ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων σαφῶς πιστοῦται, ὅτι ὁ κόσμος ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος. καὶ περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ τοῦ παντὸς ἅλις εἰρήσθω.

Κεφάλαιον β.

ΕΠεὶ δὲ ἐν τῷ παντί, τὸ μέντοι γένεσις, τὸ δὲ αἰτία γενέσεως· καὶ γένεσις μὲν, ὅπου μεταβολὴ καὶ ἔκβασις τῶν ὑποκειμένων· αἰτία δὲ γενέσεως, ὅπου ταυτότης τοῦ ὑποκειμένου· φανερὸν ὅτι περὶ μὲν τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως τὸ ποιεῖν καὶ (τὸ) κινεῖν ἐστί. περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν, τό τε πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι.

Αἱ δὲ μοῖραι αὗται διορίζουσι καὶ τέμνουσι τό τε ἀπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου καὶ (τὸ) ἀκίνητον· ἰθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ

γενέσεως ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος· τὸ μὲν ἄνωθεν ὑπὲρ ταύτης πᾶν, καὶ τὸ ἐπ' αὐτὴν θεῶν κατέχει γένος· τὸ δ' ὑποκάτω σελήνης, νείκους καὶ φύσεως. τὸ μὲν (γάρ) ἐστιν ἐν αὐτῇ διαλλαγὴ γεγονότων, τὸ δὲ γένεσις ἀπογεγονότων.

Ἐν ᾧ δὲ μέρει τοῦ κόσμου φύσις τε καὶ γένεσις ἔχουσι τὴν δυναστείαν, τρία δεῖ ταῦτα ὑπάρχειν· πρῶτον μὲν τὸ πρὸς ἁφὴν ὑφιζόμενον σῶμα πᾶσι τοῖς εἰς γένεσιν ἐρχομένοις. τοῦτο δ' ἂν εἴη πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως, οὕτως ἔχον πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν γενόμενα, ὡς ὕδωρ πρὸς χυλόν, καὶ ψόφος πρὸς σιγήν, καὶ σκότος πρὸς φῶς, καὶ ὕλη πρὸς τεχνίτην. τό τε γὰρ ὕδωρ, ἄχυλον καὶ ἄποιον, πρὸς δὲ τὸ γλυκὺ καὶ πικρὸν ἀνάλογον, καὶ πρὸς δριμὺ καὶ ἁλμυρόν. καὶ ὁ ἀὴρ ἀδιατύπωτος πρὸς ψόφον καὶ πρὸς λέξιν καὶ (πρὸς) μέλος. καὶ τὸ σκότος ἄχροον καὶ ἄμορφον, πρὸς δὲ λαμπρὸν καὶ ξανθὸν καὶ λευκόν. λευκὸν δὲ πρὸς ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ κηροπλαστικήν, ἄλ-

λως

talitatem & ortum interclusus interseptúsque est, vt illa quidem regio vniuersa, tam quæ est supra Lunam, quàm quæ ad ipsam pertinet, Deorum contineat genus. Hæc vero infra eandem contentioni & naturæ assignata sit, in qua modo quæ genita sunt commutantur, modo generantur, quæ interierint.

In ea autem mundi parte, in qua natura & generatio dominantur, hæc tria ponenda sunt. Ac primum quidem corpus contrectabile, quod omnibus rebus, ad quas ortus venit, subiectum est. Hoc sanè in se recipit omnia, & ipsius generationis habetur effigies. quod quidem sic ad ea quæ ex se ipso gignantur vt aqua ad saporem, sonus ad silentium, & ad lumen tenebræ, materia ad artificiosas res sese habet. Aqua enim saporis & qualitatis expers, sapori quidem dulci & amaro, acuto & salso proportione respondet. Aer quoque omni carens informatione, ad sonum, elocutionem, & concentum refertur. Tenebræ pariter, quæ nec colore suffusæ sunt, nec aliqua forma figuratæ, lucem & colorem flauum & album respiciunt. quamuis candor etiam ad artem statuariam, & ad istam quæ ex cera aliquid fingit, pertineat. sed a-

lio modo materia arti statuariæ comparatur. In hoc igitur corpore prius quam gignatur, omnia potestate, perfectione vero cum genita sunt, & naturam acceperunt, continentur. ex quo quidē fit, vt ad complendam generationem, vnum primum subiici & substerni necesse sit.

Secundum quod requiritur, sunt res contrariæ, vt mutationes & alterationes compleantur, idque dum materia perpessionem & affectionem recipit, ac ne facultates mutuo patibiles, vicissim sese prorsus vincant, & vincantur. hæ vero sunt calor & frigus, humor & siccitas.

Tertio loco sequuntur substantiæ, quarum illæ facultas sunt, vt ignis & aqua, & aer, & terra. quę quidem corpora à facultatibus longe differunt. nam illa in locis suis vicissim sese destruunt, & labefactant: facultates vero nec oriuntur, neque occidunt: siquidem ipsarum rationes corporis sunt expertes.

Harum porro facultatum quę quatuor numero sunt, calor & frigus, vt causæ & efficientes; siccitas & humor, vt materia & patibiles esse censentur. materia autem ea

est,

λως γὰρ ἡ ὕλη πρὸς ἀνδριαντοποιητικόν.
δυνάμει οὖν πάντα ἐν τούτῳ πρὸ τῆς γενέ-
σεως, ἐντελεχείᾳ δὲ γεννηθέντα καὶ λαβόν-
τα φύσιν. ἓν οὖν δεῖ τοῦτο πρῶτον ὑπεῖναι
πρὸς γίνεσθαι γένεσιν.

Δεύτερον δὲ, τὰς ἐναντιότητας, ἵνα με-
ταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται, πά-
θος καὶ διαθέσεις ἐπιδεχομένης τῆς ὕλης·
καὶ ἵνα αἱ δυνάμεις ἀντιπαθεῖς οὖσαι μήτε
κρατῶσιν εἰς τέλος αὗται αὐτῶν, μήτε κρα-
τῶνται αὗται ὑπ' αὐτῶν. τυγχάνουσι δ' αὗ-
ται τό τε θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ
ὑγρόν.

Τρίτον δ' αἱ οὐσίαι, ὧν αἱ δυνάμεις εἰσὶν
αὗται, πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ καὶ γῆ. διαφέ-
ρουσι δὲ αὗται τῶν δυνάμεων· αἱ μὲν γὰρ οὐ-
σίαι ἐν τόπῳ φθείρονται ὑπ' ἀλλήλων· αἱ
δὲ δυνάμεις οὔτε φθείρονται οὔτε γίνονται·
λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων.

Τῶν δὲ τεσσάρων, τὸ μὲν θερμὸν καὶ
ψυχρὸν, ὡς αἴτια καὶ ποιητικά· τὸ δὲ ξηρὸν
καὶ ὑγρὸν, ὡς ὕλη καὶ παθητικά. πρώτως

δὲ ὕλη τὸ πανδεχές· κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν· ὥστε πρῶτον τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητόν, ἀρχή. δεύτερον δὲ ἐναντιώσεις, οἷον θερμότητος καὶ ψυχρότητος καὶ ὑγρότητος καὶ ξηρότητος. τρίτον δὲ πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ καὶ ἀήρ· ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα· αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι.

ΑΙ δὲ διαφοραὶ τῶν σωμάτων, δύο· αἱ μὲν γὰρ εἰσὶ τῶν πρώτων, αἱ δὲ τῶν γινομένων ἐκ τούτων. θερμὸν μὲν γὰρ καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρόν, τῶν πρώτων· τὸ δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον καὶ πυκνὸν καὶ μανὸν τῶν γινομένων ἐκ τούτων. τυγχάνουσι δὲ αἱ πᾶσαι δέκα ἕξ, θερμὸν καὶ ψυχρόν, ὑγρὸν καὶ ξηρόν, βαρὺ καὶ κοῦφον, ἀραιὸν καὶ πυκνόν, λεῖον καὶ τραχύ, ὀξὺ καὶ ἀμβλύ. τούτων δὲ γνωστικὴ καὶ κριτικὴ πάντων ἁφή. διὸ καὶ (τὸ) πρῶτον σῶμα, ἐν ᾧ διαφοραὶ αὗται, δυνάμει αἰσθητικόν ἐστι πρὸς ἁφήν.

Τὸ μὲν οὖν θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ἀραιὸν καὶ τὸ ὀξύ, πυρός ἐστι. τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ ἀμβλύ, ὕδα-

est, quæ primo cuncta recipit. est enim commune quoddam, quod rebus omnibus subiicitur, vt initium sit primum corpus, quod sensu potestate percipi possit. secundo accidunt res contrariæ, verbi gratia, calor, frigus, humor & siccitas. sequuntur tertio ignis & aqua, terra & aer. Hæc enim elementa vicissim mutantur, res contrariæ non mutantur.

Corporum differentiæ duæ sunt, aliæ primæ, aliæ ex primis ortæ: primæ quidem habentur calor & frigus, humor & siccitas. ex primis ortæ sunt grauitas & leuitas, raritas & densitas, leuor & asperitas, durities & mollicies, tenuitas & crassitudo, acumen & obtusitas. Omnes autem enumerantur sexdecim, calor & frigus, humor & siccitas, grauitas & leuitas, raritas & densitas, leuor & asperitas, durities & mollitudo, tenuitas & crassitudo, acumen & obtusitas. quas quidem omnes tactionis sensus cognoscit & iudicat. ex quo sanè fit, vt primum illud corpus, in quo hæ differentiæ potestate resident, sensu tactus comprehendi possit.

Ac calor quidem siccitas, raritas & acumen propriæ ipsius ignis sunt facultates: aquæ vero frigus humor, densitas & obtu-

sitas : aeris mollitudo, leuitas, læuor, & tenuitas: terræ autẽ duricies, asperitas, grauitas, & crassitudo tributæ sunt.

Ex quatuor corporibus ignis & terra redundantiæ & rerum contrariarum extremitates sunt. atque vt ignis quidem caloris, sic glacies frigoris exuperantia est. Quod si glacies humoris & frigoris concretio, ignis pariter caloris & siccitatis habetur feruor. Quapropter neque ex glacie neque ex igne quidpiam gignitur.

Ignis sanè & terra extrema sunt elementa, aqua & aer media, quippe quæ admistã habeant sui corporis effectionem. Nec vero vt vnum tantum sit extremum, fieri potest, cum id contrarium esse oporteat. Similiter neque duo, quandoquidem media extremis opposita contrariáque sint.

Atq; ignis quidẽ calidus & siccus, aer calidus & humidus, aqua humida & frigida, terra frigida & sicca esse sentiuntur. Aer igitur & ignis calorẽ, frigus aqua & terra, terra

τος. τὸ δὲ μαλακὸν καὶ τὸ λεῖον καὶ τὸ κοῦφον καὶ τὸ λεπτὸν, ἀέρος. τὸ δὲ σκληρὸν καὶ τραχὺ καὶ βαρὺ καὶ παχὺ γῆς.

Τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν καὶ γῆ ὑπερβολαὶ καὶ ἀκρότητες τῶν ἐναντίων. τὸ μὲν οὖν πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ ὁ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἐὰν οὖν ὁ κρύσταλλος ἐστὶ πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις ξηροῦ καὶ θερμοῦ. διόπερ οὐδὲν ἐκ κρυστάλλου γίνεται οὐδὲ ἐκ πυρός.

Τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δὲ ὕδωρ καὶ ὁ ἀὴρ μεσότητες. μικτὴν γὰρ ἔχουσι τὴν σωματοποιΐαν. οὔτε δὲ ἐκ τῶν ἄκρων οἷόντε εἶναι, δεῖ δὲ τὸ ἐναντίον εἶναι. οὔτε δὲ δύο. δεῖ γὰρ τὸ μεταξὺ εἶναι. ἀντίθετοι γὰρ ταῖς ἀκρότησιν αἱ μεσότητες.

Τὸ μὲν οὖν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά. ἀέρι μὲν οὖν καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ θερμόν. ὕδατι δὲ καὶ γῇ κοινὸν τὸ ψυχρόν. γῇ δὲ

καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ ξηρόν. ὕδατι δὲ καὶ ἀέρι κοινὸν τὸ ὑγρόν. ἴδια δὲ ἑκάστου, πυρὸς μὲν τὸ θερμόν, γῆς δὲ τὸ ξηρόν, ἀέρος δὲ τὸ ὑγρόν, ὕδατος δὲ τὸ ψυχρόν. κατὰ μὲν οὖν τὰ κοινὰ διαμένουσιν αἱ οὐσίαι αὐτῶν. κατὰ δὲ τὰ ἴδια μεταβάλλουσιν, ὅτε τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου κατακρατήσῃ.

Τὸ μὲν οὖν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ. τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ. καὶ ἀνάπαλιν τὸ μὲν ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῇ γῇ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ἀέρι θερμὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ψυχροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ πυρὶ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ. καὶ οὕτως αἱ μεταβολαὶ γίνονται, καὶ γενέσεις εἰς ἄλληλα ἐξ ἀλλήλων.

Τὸ δὲ ὑποκείμενον σῶμα καὶ τὸ δεχόμενον τὰς μεταβολάς, τὸ πανδεχὲς καὶ τὸ δυνάμει πρᾶτον πρὸς ἀφήν.

Γίνονται δὲ αἱ μεταβολαί, ἤτοι ἐκ γῆς εἰς πῦρ, ἢ ἐκ πυρὸς εἰς ἀέρα, καὶ ἐξ ἀέρος

εἰς

& ignis ſiccitatem, humorem aqua & aer communem habent. quamuis vnicuique propriæ facultates, vt igni calor, terræ ſiccitas, humor aeri, & frigus aquæ, tributæ ſint. quorum quidem ſubſtantiæ permanſionem à communibus, à propriis mutationem accipiunt. Hoc autem accidit, cum contrarium vincit & ſuperat contrarium.

Quare cum aeris humor ignis ſiccitatem, aquæ frigus calorem aeris, terræ ſiccitas aquæ humorem interimit; ac viciſſim retro cum aquæ humor terræ ſiccitatem, aeris calor aquæ frigus, & ignis ſiccitas humorem aeris labefactat & deſtruit, tum mutationes & ortus eorúmque viciſſitudines effici ſolent.

At corpus quod ſubiicitur, & mutationes recipit, omnium rerum capax eſt, & poteſtate primum contrectabile.

Mutantur autem elementa, aut cum ex terra ignis, aut ex igne aer, vel aqua ex

aere, vel ex aqua terra oritur. Tertio quoque modo efficitur mutatio, cum vniuscuiusque eleméti côtraria interit facultas; cognata vero, & quæ eiusdem generis est, seruatur & permanet, ita deleto vno côtrariarum rerum pari generatio absoluitur. Nam ignis calidus siccúsque est, aer calidus & humidus, quorum vtrique communis existit calor; siccitas autem ignis, humor aeris proprius peculiarísque est. quare cum humor aeris ignis siccitatem exuperat, ignis in aerem conuertitur.

Præterea aqua cum sit humida & frigida, aer humidus & calidus, iis ambobus communis est humor: aqua vero frigus, & aer calorem suas & proprias facultates habent. itaque si aquæ frigus aeris calori dominetur, ex aere in aquam efficitur mutatio.

Terra quoque frigida siccáque est, aqua frigida & humida, quarum vtraque frigus communiter possidet, separatim vero terra siccitatem, humorem aqua sibi ipsis asciscunt: ex quo fit, vt cùm terræ siccitas aquæ humore valentior est, aqua in terram

vertatur,

εἰς ὕδωρ, καὶ ἐξ ὕδατος εἰς γῆν, καὶ τρίτον ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ ἐναντίον φθαρῇ, καὶ καταληφθῇ τὸ συγγενὲς καὶ τὸ σύμφυλον. ἡ μὲν οὖν γένεσις ἀποτελεῖται, ὅταν μία ἐναντιότης φθαρῇ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν· ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτοῖς (τὸ) θερμόν, ἴδιον δὲ πυρὶ μὲν (τὸ) ξηρόν, ἀέρι δὲ τὸ ὑγρόν· ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, μεταβάλλει τὸ πῦρ εἰς ἀέρα.

Πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, ὁ δὲ ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμός, κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτῶν τὸ ὑγρόν. ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ὕδατος, τὸ ψυχρόν· τοῦ δὲ ἀέρος, τὸ θερμόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβολή.

Πάλιν ἡ μὲν γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν, κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ ψυχρόν· ἴδιον δὲ τῆς γῆς ξηρόν, ὕδατος δὲ τὸ ὑγρόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν γῇ ξηρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ, γίνε-

ται ἡ ἐξ ὕδατος εἰς γῆν μεταβολή.

Ἀπὸ γῆς δὲ ἄνω κατὰ τὸ ἐναντίον. ἡ δὲ κατ' ἐναλλαγήν, ὅτε ὅλον ὅλου κρατήσει, καὶ δύο δυνάμεις τὰς ἐναντίας φθείρουσι, μηδενὸς ὄντος αὐταῖς κοινοῦ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρόν, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν, ὅταν τὸ ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ θερμοῦ, γίνεται ἡ ἐκ πυρὸς εἰς ὕδωρ μεταβολή.

Πάλιν ἡ μὲν γῆ ἐστι ψυχρὸν καὶ ξηρόν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸν καὶ ὑγρόν. ὅταν οὖν τὸ ἐν τῇ γῇ ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρόν, τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς γῆν μεταβολή.

Ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος φθαρῇ τὸ ὑγρόν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ θερμόν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν πῦρ. καταλείπεται γὰρ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ θερμόν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν. τὸ δέ γε πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρόν.

Ὅταν δὲ τῆς μὲν γῆς φθαρῇ τὸ ψυχρόν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρόν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν (ἡ) γῆ. καταλείπεται γὰρ τῆς

vertatur, mutetúrque.

Contra vero, quæ è terra ſurſum aſcendit mutatio, & quæ per internitionem agitur, tunc accidit, cum totum ſuperat totum, & ambæ contrariæ facultate interimuntur, nihilque quod illis elementis commune ſit, remanet. Nam cum ignis calidus & ſiccus exiſtat, aqua frigida & humida, ſi aquæ humor ignis ſiccitatem & aquæ frigus ignis calorem domet & comprimat, ex igne in aquam conuerſio fit.

Iam vero terra frigida ſiccáque eſt, aer calidus & humidus. Quare cum terræ frigus calorem aeris, & terræ ſiccitas humorem aeris vincit & ſuperat, aer in terram mutatur & vertitur.

Cum vero humor aeris, & ignis deſtruitur calor, ex vtroque ignis orietur. Nam aeris calor, & ignis remanet ſiccitas. At qui calidus & ſiccus ignis eſſe deprehenditur.

At cum terræ frigus & aquæ humor interit, ex ambabus gignitur terra. ſiquidem terræ ſiccitas, & aquæ ſeruatur frigus,

quibus quidem facultatibus terra prædita est.

Sed cum aeris & ignis pariter deletur calor, nullius elementi erit ortus. Nam aeris humor, & ignis relinquitur siccitas, quæ quidem facultates inter se contrariæ & oppositæ sunt.

Postremo, cum terræ & aquæ iuxta frigus destruitur, eodem modo nulla sequitur generatio, siquidem terræ siccitas & humor aquæ seruantur incolumes. At humor & siccitas facultates aduersæ inimicæque sunt. Ac de ortu quidem primorum corporum, & quo nam modo, & quibus subiectis efficiatur rebus, satis ac breuiter expositum est.

Verum cum ingenitus mundus, & interiturus nunquam sit, atque vt neque initium sumpsit, ita nec finem sit accepturus, duo efficientia, quorum alterũ in alio, alterũ in se ipso generet, vicissim cõstituantur necesse est, atque quod in alio generat, ea censetur esse vniuersa mundi pars quæ supra Lunã posita est. propius verò Sol ipse,

qui

μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ψυχρόν. ἡ δὲ γῆ ἐστὶ ψυχρὰ καὶ ξηρά.

Ὅταν δὲ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, καὶ τοῦ πυρὸς τὸ θερμὸν, γένεσις οὐκ ἔσται. τὰ γὰρ ἐναντία καταλείπεται ἐπ᾽ ἀμφοτέρων, τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν· τὸ δὲ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ ἐναντίον.

Καὶ πάλιν ὅταν γῆς μὲν φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, ὕδατος δὲ ὅμοιον, οὐδὲ οὕτως ἔσται γένεσις· καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρόν· τὸ δὲ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ ἐναντίον. καὶ περὶ μὲν γενέσεως τῶν πρώτων σωμάτων πῶς τε καὶ τίνων ὑποκειμένων γίνεται, ἱκανῶς εἴρηται διαβραχέων.

Ἐπεὶ δὲ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος καὶ ἀγένητος, καὶ οὔτε ἀρχὴν γενέσεως εἴληφεν, οὔτε τελευτὴν ποτὲ λήψεται, δεῖ καὶ τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν, καὶ τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ συνυπάρχειν ἀλλήλοις. τὸ μὲν ποιοῦν (ἐν ἑτέρῳ) τὴν γένεσιν, τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐστὶ πᾶν. συνεχὲς δὲ μᾶλλον ὁ ἥλιος κατὰ

γε ταῖς προσόδοις καὶ ταῖς ἀφόδοις, μεταβάλλων τὸν ἀέρα συνεχῶς πρὸς λόγον ψύχους (τε) καὶ θερμασίας ᾧ συνεπακολουθεῖ καὶ τὴν γῆν μεταβάλλειν, καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς.

Εὖ δ᾽ ἔχει καὶ ἡ λόξις τῶν ζωδίων τοῦ πόλου πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φοράν· αἴτια γὰρ καὶ αὕτη τῆς γενέσεως ἐστί. καθόλου δὲ ἡ τοῦ παντὸς διακόσμησις, ὥστε εἶναι ἐν αὐτῇ τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ πάσχον. τὸ μὲν οὖν ἐν ἑτέρῳ γινόμενον, τὸ ὑπὲρ ἄνω (τῆς) σελήνης ἐστί· τὸ δὲ ἐν ἑαυτῷ, τὸ ὑποκάτω σελήνης. τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ, κόσμος ἄρα ἐστίν.

Κεφάλαιον γ.

ΑΝθρώπου δὲ ἀρχὴ γενέσεως πρώτη οὐ γέγονεν ἐκ γῆς, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζώων οὔτε φυτῶν, ἀλλ᾽ ἀεὶ τῆς διακοσμήσεως οὔσης, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐνυπάρχοντα, καὶ τὰ ἐν διακεκοσμημένα συνυ-

πάρχειν

qui appulſu ſuo & abſceſſu aerem cõtinenter immutat & variat, vt eundem modo frigidum reddat, modo calidum, cuius mutationem ſequitur terræ mutatio & eorum quæ ſunt in terra.

Orbis etiam ſignifer, qui obliquus eſt, ad ſolis motum maxime confert, cum & ipſe generationis cauſa ſit, nec nõ vniuerſi ornatus ac deſcriptio, ídque generatim efficiat, vt in eo alia res gignendi, alia patiendi vim habeat. Quod ergo in alia gignerat, ſupra Lunam, quod autem in ſe ipſo, infra eandam collocatum eſt: at quod ex ambabus conſtat partibus, ex vna ſcilicet diuina & ſemper currrente, ex altera vero genita, & mutationibus ſemper obnoxia, id certe mundus eſt.

CAPVT III.

NEc vero primum humani ortus initium quemadmodũ nec cęterorum animalium, neque plantarũ è terra ductũ eſt, ſed mundi ornatus & diſpoſitio cum ſemper exiſtat, etiam quæ in eo diſpoſita, digeſtáque ſunt, ſemper exiſtant

necesse est. siquidem mundus primum semper manet. Quare partes eius vnà cum eo statuendæ sunt. partes inquam cælum & terra, & quæ iis interiecta sunt & media (porrò quod μετάρσιον, id est sublime dicitur, etiam aerium nuncupatur) non enim sine iis, sed cum iis, atque ex iis concretus est mundus.

Verum cum partes simul existant, etiam quæ continentur, vnà cum eisdem statuuntur, vt cum cælo Sol, Luna, & Stellæ tam infixæ certis locis quàm errantes: cum terra, animalia, stirpes, & plantæ, aurum & argentum: cum sublimi & aeria regione spiritus & venti, necnon & mutatio in vim calidiorem & frigidiorem mutatio consistunt. Nam ipsius cæli illud est proprium, vt eas res intra se habeat, quas eius ambitus complectitur. Terræ vt plantas sustineat, quæ ex ipsa pullulant, & animalia, quæ pastum capessunt. Sublimis & aeria pars hoc sibi vindicat, vt quæ in ea gigni possunt, gignantur.

Cum igitur in vna quaque mundi parte collocatũ sit aliquod eximium animalium genus, verbi gratia, in cælo Dii, homines in terra, in sublimi loco Dæmones, necesse

περιεῖναι. τούτου μὲν γὰρ ἀεὶ ὄντος τοῦ κόσμου, ἀναγκαῖον καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ συνυπάρχειν, λέγω δὲ μέρη, οὐρανὸν, γῆν, τὸ μεταξὺ τούτων· ὃ δὴ μετάρσιον καὶ ἀέριον ὀνομάζεται· οὐ γὰρ ἄνευ τούτων, ἀλλὰ σὺν τούτοις καὶ ἐκ τούτων ὁ κόσμος.

Τῶν δὲ μερῶν συνυπαρχόντων, ἀνάγκη καὶ τὰ περιεχόμενα συνυπάρχειν αὐτοῖς. οὐρανῷ μὲν ἥλιον, σελήνην, ἀπλανεῖς τε ἀστέρας καὶ πλανήτας· τῇ δὲ γῇ ζῶα, φυτὰ, χρυσὸν, ἄργυρον· μεταρσίῳ δὲ καὶ ἀερίῳ πνεύματα, ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον· σὺν τούτῳ γὰρ οὐρανὸς σὺν τῷ τὰ περιεχόμενα ἔχειν, καὶ σὺν τούτῳ γῆ τὰ ἐπ' αὐτῆς φυόμενα καὶ βοσκόμενα ὑπεῖναι, καὶ σὺν τούτῳ μετάρσιον, καὶ ἀέριον σὺν τῷ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι.

Ἐπεὶ οὖν καθ' ἑκάστην ἀποτομὴν ὑπερέχον τι γένος ἐντέτακται τῶν ἄλλων, ἐν μὲν οὐρανῷ τὸ τῶν θεῶν, ἐν δὲ γῇ ἄνθρωπος· ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες, ἀναγ-

καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀΐδιον εἶναι, εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσι.

Φθοραὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ βίαιοι γίνονται κατὰ τὰ μέρη τῆς γῆς· ὁτὲ μὲν ἀνάχυσιν λαμβανούσης τῆς θαλάσσης εἰς ἕτερον μέρος, ὁτὲ δὲ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς εὐρυνομένης καὶ διϊσταμένης ὑπὸ πνευμάτων ἢ ὑδάτων, κρυβδὴν ἐπιφερομένων· παντελὴς δὲ φθορὰ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως, οὔτε γέγονεν, οὔτε ἔσται ποτέ.

Διὸ καὶ τοῖς λέγουσι τὴν τῆς Ἑλληνικῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ Ἰνάχου εἶναι τοῦ Ἀργείου, προσεκτέον οὕτως, οὐχ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς πρώτης, ἀλλὰ τῆς γινομένης μεταβολῆς κατ' αὐτήν. πολλάκις γὰρ καὶ γέγονε καὶ ἔσται βάρβαρος ἡ Ἑλλάς, οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπων μόνον γινομένη μετάστατος, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσεως οὐ μείζωνος οὐδὲ μείωνος αὐτῆς γινομένης, ἀλλὰ γὰρ νεοτέρας ἀεὶ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν λαμβανούσης.

Περὶ

necesse est humanum genus esse perpetuum. Siquidem vere præscribit ratio non solum mundi partes vnà cum mundo, verum & quæ mundus continet, simul cum partibus existere.

At terræ partes vi mutãtur & intereunt: interdum quidem cum altera pars maris effunditur, quandoque vero cum terra à ventis & aquis quæ in ipsam latenter ingrediuntur, dilatatur, ac dirimitur: terræ tamen constitutio nunquam antea tota prorsus interiit, nec post vllo tempore interitura est.

Quapropter quod dicitur, historiam græcam ab Inacho Argiuo initium duxisse, sic est interpretandum, vt non ab aliquo primo principio, sed aliqua eius mutatione quæ acciderit, ortum habuerit. Nam terra Græcia antea sæpius fuit & posthac etiam erit Barbara, non modo, quod ad eam exules aliunde commigrauerint, verum quod à natura id etiam proueniat, quæ tametsi nec maior redditur neque minor, recentior tamen semper est, & ratione nostri principium sumit.

De toto quidem & vniuerso, déque ortu & interitu, qui in eo fiunt, & vt se habeant, & in omni æternitate sint habituri, cum natura partim sempiterno cieat motu, partim perpessionem semper sentiat, atque tum semper gubernet, cum gubernetur, iis verbis satis explicuimus.

Capvt IIII.

De mutua autem ipsorum hominum generatione, quo modo scilicet, & ex quibus recte perfici possit; ita vt non modo legitime facta, sed temperantia & pietate simul operante, habita esse videatur, operæ precium existimo hunc in modum statuere, & primo quidem hoc ipsum cogitare, quod non voluptatis, sed procreandæ sobolis causa mulieribus admiscemur.

Siquidem facultates ipsas, instrumenta, & appetitus hominibus dedit Deus, non vt voluptate fruantur, sed vt eorum genus perpetuo duret, ac permaneat. Nam cum fieri non possit, vt homo ipse qui mortalis natus est, diuinitatis efficiatur particeps, si generis immortalitas absumatur, in singulis suppleuit Deus, & generationem hanc

infinitam

Περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ παντὸς, ἔτι δὲ καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἐν ἑαυτῷ γινομένης, ὡς οὕτως ἔχει καὶ ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τῆς μὲν ἀεικινήτου φύσεως οὔσης, τῆς δὲ ἀειπαθοῦς· καὶ τῆς μὲν (τῆς) ἀεὶ κυβερνώσης, τῆς δὲ κυβερνωμένης, ἱκανῶς μοι εἴρηται διὰ τούτων.

Κεφάλαιον δ'.

Περὶ δὲ τῆς ἐξ ἀλλήλων ἀνθρώπων γενέσεως ὅπως τε καὶ ἐκ τίνων ἔσται κατὰ τρόπον ἐπιτελουμένη, νόμῳ τε καὶ σοφροσύνης καὶ ὁσιότητος ἐπισυνεργούσης τάδε καλῶς ἔχειν οἴομαι· πρῶτον μὲν τοῦτο διαλαβεῖν ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα προσίεμεν, ἀλλὰ τέκνων γενέσεως.

Καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις, καὶ τὰ ὄργανα, καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς πρὸς (τὴν) μίξιν ὑπὸ θεοῦ δεδομένας ἀνθρώποις, οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα δεδόσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ τῆς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμονῆς τοῦ γένους. ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον ἦν θνητὸν φύντα θείου (βίου) κοινωνῆσαι, τῆς τοῦ γένους ἀθανασίας

φθειρομένης, καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεός, ἀκατάληπτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην γένεσιν. ἓν οὖν τοῦτο πρῶτον δεῖ θεωρεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα ἡ μίξις.

Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἀνθρώπῳ σύνταξιν πρὸς τὸ ὅλον, ὅτι μέρος ὑπάρχων οἴκου τε καὶ πόλεως, καὶ τὸ μέγιστον κόσμου συμπληροῦν ὀφείλει τὸ ἀπογινόμενον τούτων ἕκαστον, ἐὰν μέλλῃ μήτε συγγενικῆς ἑστίας λειποτάκτης γίνεσθαι, μήτε πολιτικῆς, μήτε μὴν τῆς θείας.

Οἱ γὰρ καθάπαξ μὴ διὰ παιδοποιΐαν συναπτόμενοι, ἀδικήσουσι τὰ τιμιώτατα τῆς κοινωνίας συστήματα. εἰ δὲ καὶ γεννήσουσιν οἱ τοιοῦτοι μεθ' ὕβρεως καὶ ἀκρασίας μοχθηροὶ (οἱ) γινόμενοι, καὶ κακοδαίμονες ἔσονται, καὶ βδελυροὶ ὑπὸ τε θεῶν καὶ δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων, καὶ οἴκων καὶ πόλεων.

Ταῦτα οὖν προδιαλεγομένους οὐ δεῖ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις προσέρχεσθαι τοῖς ἀφροδισίοις, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον καλὸν ἡγουμένους. εἴπερ ἀναγκαῖον καὶ καλὸν εἶναι

νομίζουσιν

infinitam & continuatam reddidit. Hoc vnum igitur ſpectare in primis oportet, non eſſe concumbendum voluptatis cauſa.

Mox eandem hominis conſtitutionem ad vniuerſam referendam, quippe qui non ſolum domus & ciuitatis, verum etiam mundi maxima habeatur pars. quæ quidem, quæcunque res deſit, eam ſupplere & complere debeat. alioquin tum domeſtici & ciuilis, tum etiam diuini laris deſertor futurus ſit.

Nam qui prorſus cauſa procreationis liberorum non coierint, ii nobiliſſimos communionis cœtus iniuria afficient & violabunt. Quòd ſi tales fuerint, vt nec legitime nec temperanter generent, qui orientur filii, ſceleſti, improbi, & miſeri Diis, Dæmonibus, hominibus, necnon familiis & ciuitatibus execrandi & deteſtabiles futuri ſunt.

Qui igitur hæc antea conſiderauerint, ii non belluarum more ad concubitum ferri debent, ſed ita vt qui res venereas neceſſaria bona eſſe putent. quod ſanè probi

viri faciunt, qui nó solũ domos & plurima terræ loca magna hominum multitudine replere necessarium & bonum existimant (mansuetissimum enim atque optimum animalinm omnium est homo) sed etiam probis viris, maximum esse censent.

Hanc enim ob causam eueniet, vt ciuitates bene institutas inhabitent, res suas domesticas & familiares recte gubernent & tueantur, amicisque ipsis (vt ciuilis status requirit ratio) ciuiles actiones præbeãt, cum illi non multos tãtum homines, sed etiam probos suppeditabunt.

Itaque peccant complures, qui in matrimoniis contrahendis, non fortunę magnitudinem, neque publicam vtilitatem sibi proponũt, sed diuitias aut generis præstantiam tantum respiciunt. Pro eo enim quod adolescentes & integra ætate ducere deberent, vetulas sibi ipsis adiungunt, atque cum vxores eiusdem secum mentis, & sui simillimæ ducendæ essent, nobilitate præstantes & diuitiis affluentes ducunt. Quapropter pro concordia discordiam,

pro

νομίζουσιν οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὴ μόνον πολυανδρεῖσθαι τοὺς οἴκους καὶ τὸν πλείονα τῆς γῆς τόπον πληρεῖσθαι· ἡμερώτατον γὰρ πάντων καὶ βέλτιστον ζῶον ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ καὶ τὸ μέγιστον εὐανδρεῖσθαι.

Διὰ γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ τὰς πόλεις εὐνομουμένας οἰκήσουσι καὶ τοὺς ἰδίους οἴκους κατὰ τρόπον οἰκονομήσουσι, καὶ τοῖς φίλοις αὐτοῖς κατὰ τὰς πολιτείας καὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις παρέξουσι, ὅτε μὴ μόνον πολυπληθείᾳ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ εὐανδρίᾳ χορηγοῦνται.

Ὅθεν ἁμαρτάνουσι πολλοὶ μὴ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τύχης, μήτε πρὸς τὸ συμφέρον τῷ κοινῷ συνιστάντες τοὺς γάμους, ἀλλὰ πρὸς τὸν πλοῦτον, ἢ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ γένους ἀποβλέποντες. ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ νέαν καὶ ὡραίαν συναρμόζεσθαι, συνηρμόσαντο αὖ τὴν ὑπερηλικεστέραν, ἀντὶ δὲ συμπαθῆ τὴν ψυχὴν καὶ ὁμοιότατον, ἐπίδοξον τῷ γένει, ἢ περιχρήματον. τοιγάρτοι, ἀντὶ συμφωνίας διαφωνίαν, καὶ ἀντὶ

ὁμοφροσύνης, διχοφροσύνην κατασκευάζουσι, περὶ ἡγεμονίας διαμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους. ἡ μὲν γὰρ ὑπερέχουσα πλούτῳ καὶ γένει καὶ φίλοις, ἄρχειν προαιρεῖται τοῦ ἀνδρὸς παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον. ὁ δὲ διαμαχόμενος δικαίως, καὶ οὐ δεύτερος, ἀλλὰ πρῶτος θέλων εἶναι, ἀδυνατεῖ τῆς ἡγεμονίας ἐφικέσθαι.

Ὧν δὲ γινομένων, οὐ μόνον τοὺς οἴκους κακοδαίμονας, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις συμβαίνει γίνεσθαι. μέρη γὰρ τῶν πόλεων οἱ οἶκοι, ἐκ δὲ τῶν μερῶν, ἡ τοῦ ὅλου καὶ παντὸς σύνθεσις. εἰκὸς οὖν ὁποῖα τὰ μέρη τυγχάνουσιν ὄντα, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν τὸ ἐκ τοιούτων συντιθέμενον, τοιοῦτον εἶναι.

Καὶ ἐν (ταῖς) πρώταις δὲ αἱ πρῶται οἰκοδομαὶ μεγάλα συνεργοῦσι πρὸς (τὸ) καλῶς ἢ κακῶς τὸ ὅλον ἔργον συντελεσθῆναι. οἷον ἐπὶ μὲν οἰκοδομίας, θεμελίου καταβολή. ἐπὶ δὲ ναυπηγίας, τρόπις. ἐπὶ δὲ συναρμογῆς καὶ μελοποιΐας, τάσις φωνῆς καὶ λῆξις. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ πολιτείας εὐνομουμένης

pro legitimo consensu dissensionem sibi parant, siquidem maritus & vxor inter se de principatu contendunt. Quæ enim mulier diuitiis, genere, & amicis antecellit, vt sibi pareat vir contra naturæ leges exoptat: at ille, tametsi iuste repugnet, quippe qui sibi primas, non secundas deferri velit, obtinere tamen principatum nullo modo potest.

Quæ quidem res cum eueniunt, non familiæ tantum, & domus, verum etiam ciuitates infelices reddantur, necesse est. Domus enim ciuitatum partes sunt: ex partibus totum & vniuersum constituitur. Consentaneum igitur est, quales sunt partes, tale & totum & vniuersum existere, ex huiusmodi constans partibus.

Atque vt primarum quidem partium primæ structuræ ad vniuersum opus bene aut male complẽdum plurimum faciunt: verbi gratia ad domum ędificandam fundamenti iactus, ad nauem struendam carinæ fabrica, ad exercendam concentionis & musicæ artem contentio vocis & remissio: sic Reipublicæ bene vel male insti-

tuendæ familiarum constitutio, concordia, & conuenientia magnopere vtilis est.

Quapropter qui de generatione cogitant, hæc agere opus est, vt generatim quodcunque dissimile imperfectúmque est obseruent. Nam nec plantæ ipsæ, nec animalia, cum adhuc imperfecta sunt, fœcunda sunt. quin potius requiritur, vt aliquo temporis spacio genita sint antea, quàm fructum ferant, vt cum robur & perfectionem assumpserint corpora, semen & fructus producant.

Ex quo fit, vt tam pueri, quàm puellæ virgines, in exercitationibus tolerantiísque decoris alendi sint: quibus is etiam adhibendus est cibus, qui laboriosę temperatæ, & toleranti vitæ sit aptissimus.

Multa sanè existunt huiusmodi in vita humana, quæ melius est, si sero discantur. quare adolescens ad rerum venerearum vsum ita est agendus, vt ipsis ante xx. annum non fruatur: quas etiam cum gustauerit, rarenter exerceat. Quod sanè erit,

si bonum

μουμένης τε καὶ καλοικονομουμένης, οἴκων κατάστασις καὶ συναρμογὴ μέγιστα συμβάλλεται.

Περὶ γενέσεως οὖν σκοπουμένοις, τάδε χρὴ παρατηρεῖν. καθόλου μὲν δὴ φυλάττεσθαι χρὴ πᾶν τὸ ἀνόμοιον καὶ ἀτελές· οὔτε γὰρ τῶν φυτῶν τὰ ἀτελῆ, οὔτε τῶν ζώων εὔκαρπα γίνεται. ἀλλὰ δεῖ γενέσθαι τινὰ χρόνον πρὸς τὰς καρποφορίας, ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τελειουμένων τῶν σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ καρποὶ γίνωνται.

Ὅθεν δεῖ τοὺς παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν γυμνασίοις τε καὶ καρτερίαις ταῖς προσηκούσαις τρέφειν, καὶ τροφὴν προσφέρεσθαι (τὴν) ἁρμόζουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι καὶ καρτερικῷ βίῳ.

Πολλὰ δὴ τῶν κατ᾽ ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτα ἐστὶ ἐν οἷς βέλτιον ἡ ὀψιμαθία. διὸ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν οὕτως ἄγεσθαι χρὴ τὸν παῖδα, ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ χρησάμενον, σπανίως χρῆ-

σθαι. ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν καλὸν καὶ τίμιον εἶναι νομίζῃ τὴν εὐεξίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν.

Δεῖ δὲ καὶ παιδεύειν τὰ τοιαῦτα τῶν νομίμων ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητρὶ συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μήτε ἀδελφῇ, μήτε ἐν ἱεροῖς, μήτε ἐν φανερῷ τόπῳ. καλὸν γὰρ ἐστὶ καὶ πρόσφορον τὸ ὡς πλεῖστα κωλύματα γίνεσθαι τῆς ἐνεργείας ταύτης.

Καθόλου δὲ δεῖ περιαναιρεῖν τάς τε παρὰ φύσιν γενέσεις, καὶ τὰς μεθ᾽ ὕβρεως γινομένας. καταλιμπάνειν δὲ τὰς κατὰ φύσιν καὶ μετὰ σωφροσύνης ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένῃ.

Δεῖ δὲ πάλιν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τοὺς τεκνοποιουμένους τῶν ἐσομένων τέκνων. πρώτη μὲν οὖν μεγίστη φυλακὴ πρὸς γένεσιν τῷ τεκνοποιεῖν βουλομένῳ, δίαιτα σωφρονικὴ καὶ ὑγιεινή· ὡς μή τε πληρώσει χρῆσθαι τροφῆς ἀκαίρου, μήτε μέθῃ, μήτε ἄλλῃ τῇ ταραχῇ, ἐξ ὧν χείρους (αἱ) αὐτοῦ σωμάτων ἕξεις γίνονται. μάλιστα δὲ πάντων προσήκει

φυλάττε-

ſi bonum corporis habitum & continentiam res eſſe optimas & honore dignas cenſuerit.

Quin etiam huiuſmodi inſtitutorum diſciplina in terræ Græciæ ciuitates inducenda eſt, ne cum matre, filia, ſorore nec in locis ſacris, nec in propatulis coeant. Nam præclare & vtiliter agetur, ſi huic actioni plurima adhibeantur impedimenta.

Tollendæ porro ſunt penitus omnes illæ generationes, quæ præter naturam & contumelioſæ ſunt. Contra reliquendæ & ſeruandæ, quæ ſecundum naturam & temperanter efficiuntur, vt filii ſobrie & legitime geniti ſint.

Opus eſt præterea vt qui liberorum procreationi operam dant, futuræ ſobolis multo ante curam ſuſcipiant. Ea porro prima & potiſſima adhibebitur animaduerſio, ſi temperato & ſalubri vtantur cibo, non ebrietate capiantur, nec quidpiam ſumant, quod perturbationem afferat, ex quibus quidem rebus habitus corporis deteriores euadunt. illud vero omnium ma-

xime curandum eſt, vt non niſi pacata & tranquilla mente concumbant. nam cum praui & inconſtantes, ac perturbati ſunt corporis habitus, ex illis vitioſa ſemina ſolent prodire.

Ita quoque omni ſtudio & intento animo eniti debent, vt sciti admodum & elegantes naſcantur liberi, & cum orti ſuſceptíque fuerint, liberaliter educentur. iniquum eſt enim philippos quoſdam, & philornithas, & philocynas, id eſt qui equos alunt, aut aues aut canes ad venandum, omni diligentia curare, vt belluas quemadmodum, & ex quibus, & quo tempore oporteat, generent, & quonam modo affectæ ſeſe admiſcere & copulare debeant, ne vilis ac vulgaris naſcatur ſoboles, homines vero nullam filiorum ſuorum curam ſuſcipere, quin potius illos (vt ſors tulit) procreare, &, cum genuerint, ipſorum educationem inſtitutionémque negligere.

Nam iſtæc ſi contemnantur, omnis improbitatis & nequitiæ cauſæ ſunt, quippe quæ efficere ſoleant, vt qui orti fuerint, belluarum ſimiles, viléſque ac degeneres euadant.

φυλάττεσθαι τὸ τῆς καθεστηκυίας τῆς διανοίας τὰς μίξεις γίνεσθαι. ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ ταραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα.

Μετὰ πάσης οὖν σπουδῆς καὶ προσοχῆς δεῖ καταβάλλεσθαι, ὅπως τὰ γεννώμενα γίνεται εὐμελέστατα, καὶ γεννώμενα, καλῶς ἀνατρέφῃ. οὔτε (δὲ) γὰρ δίκαιον, τοὺς μὲν φιλίππους καὶ φιλόρνιθας καὶ φιλόκυνας μετὰ πάσης ἐπιμελείας φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γινομένων ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων γίνεσθαι τὰς μίξεις καὶ τὰς κοινωνίας, τοῦ μὴ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι τὰ γεννώμενα· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων· ἀλλὰ (καὶ) γεννᾶν ὡς ἔτυχε, καὶ γεννωμένων ὀλιγωρεῖν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας.

Ταῦτα γὰρ ἀμελούμενα, πάσης κακίας καὶ φαυλότητος παραίτια γίνεται, βοσκηματώδη καὶ ἀγεννῆ ἀποτελοῦντα τὰ γεννώμενα.

AD OCELLVM LVCANVM

LECTIONES VARIAE.

Pagina 7. versu 1. Ὤκελλος] al. Οἴκελλος.

v. 15. διαλυθεῖν. ἐξ οὗ] Louaniensis editio, διαλυθεῖν, ἐξ ὅπου τε ἐς γέγονεν. ἐκεῖνο &c.

Pag. 8. v. 2. ἔχει] al. ἔχῃ

v. 7. τοῦ χει-] τοῦ additũ è Louaniensi.

v. 9. οὐ περὶ] περὶ abest ab eodem Louan.

vers. 18. τοῦ] τοῦ inclusum in aliis desideratur: quemadmodum & reliquæ dictiones quæ hisce notis () includuntur. quod semel monuisse suffecerit.

Pag. 12. v. 16. ἀλλ' ἔτι δεῖται.] al. ἀλλ' ἐπιδεῖ καὶ τῆς.

Pag. 15. v. 3. ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ] Louan. ἀλλ' αὐτὸς περὶ αὐτόν.

v. 6. αὐτοῦ] al. ἑαυτοῦ sic & linea seq.

Pag. 15. v. 7. ἀπολέσθαι, Louan.

v. 8. ἄφθαρτον γὰρ ἐς

v. 11. τῶν ἔξωθεν, ἤτοι ὑπό τινος τῶν αὐτοῖς,

v. 18. ἀληθές.

Pag. 19. v. 10. Louan. -μείβει περίοδον οὐ διέξοδον ἐφεξῆς

P. 20. v. 3. οὐ γὰρ] inclusa parenthesi desiderantur in Louan.

v. 10. ταῦτα] Louan. τούτων ἐστὶ σημεῖά τε καὶ τεκμήρια, τοῦτο μὲν

v. 20. ἥτε κίνησις κτλ.

Pag. 24. v. 2. Louan. καὶ τὸ ὑπὸ Venet. τὸ ἐπαν αὐτὴν

v. 5. al. ἐν αὐτῷ.

v. 21. breuius Louan. ξανθὸν καὶ λευκόν. καὶ ἡ ὕλη δὲ περὶ αὐτόν.

P. 27. v 8. al. διάθεσιν

v. 14. περὶ δὲ ταῖς οὐσίαις,

ſic ſupra, Δεύτερον δὲ, τὰς ἐναντιότητας, vt ſubaudiatur præcedens δεῖ ὑπεῖναι.

P.28.v.5.Louan. τρίτον δὲ αἱ οὐσίαι, πῦρ καὶ ὕδωρ.

P.31.v.1.τὸ δὲ μαλακ.]Louan. τὸ δὲ ὑγρὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ μαλακὸν καὶ

v.13. μικτὰ γὰρ ἐ-Louã.

P.35.v.1.al. καὶ τοῦτο ὅταν

v.12. ἀμφοτέρων in Louan. ſic enim & infra v.19.

P.36.v.14.al. ξηρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν

Pag.40.v.1. γῆ τὰς al. τε τὰς

P.43.v.2. Venet. μέρη αὐτῶν

v.14. σὺν τούτῳ δέχ, οὐρανόν. σὺν τῷ, τὰ περιεχόμενα ἔχειν. καὶ σὺν τούτῳ. γῆν, σὺν τῷ, τὰ ὑπὸ αὐτῆς φυόμ-Louan.

P.44.v.19. μετανάστατος.

v.21. lege καὶ νεωτέρας. vel cum Louanienſi, καινοτέραν

P.47.v.11. σωφροσύνῃ καὶ ὁσιότητι.

P.48.8. ὀφείλειν.

v.22.Louan. ἄπορ ἀναγκ.

Pag.51.v.4. ζώων Lou.

v.8. καὶ οἱ φίλοι αὐτοῖς

v.10. παρέξουσι abeſt à Louan. dein οὔτε pro ὅτε

v.11. καὶ ἀνδρίᾳ Louã.

v.21. παρεχήματων. ita Louan.at Venet. ὑπεχήματων, corrupte.

P.56.10. παραιρεῖν

v.20. τῇ παραχῇ] τινὶ ταραχῇ.

P.59.v.20. ἀποπλούμεθα

H. COMMELINVS

ISAACO CASAVBONO VIRO DOCTISSIMO S.

MVtuum, Casaubone amicissime, quod dedisti, opinione, vt arbitror, tua celerius, & ea qua Ascræus iubet fide, non sine gratiarum actione reddo. Ocellum enim Gręcum mihi concessisti; en Græcolatinus tibi notísq; illustratus restituitur. Additæ præterea Lectiones variæ, quas inter legendum animaduerti, quo gratior hic auctor, paucis visus, in lucem prodiret. Ex quo quidem dierum aliquot labore (quos stlitibus, iustis licet ac necessariis, totos impendere religio erat) si quid fructus ad philosophiæ studiosos rediturum iudicaueris, abunde mihi, quod potissimum spectaui, videbor consequutus. Vale Musarum decus eximium, & Suetonio iam perpolito, bonis auibus Athenæum nobis adgredere.

AD OCELLVM LVCANVM NAGAROLÆ ANNOTATIONES.

NON incommoda, nec inepta videatur quæstio, si quæratur, quã ob rem Archytas Tarentinus & Timæus Locrus Itali philosophi, Cur item Theocritus poeta ex Sicilia ortus (quæ quidem Italię pars quondam fuit, nunc vero non lato interiecto mari seiũcta, & separata) Dorica lingua scripserint, aliarum Græcarum antiquissima; Ocellus autem in rebus naturæ explicandis Attico sermone vsus sit.

Τάδε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως] Pythagoreorum morem seruat Ocellus in exordiendo opusculo suo, in cuius initio suum nomen apposuit. Nam & Timæus Locrus eiusdem sectæ philosophus sic incepit, Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα. Alcmæon quoque Crotoniata Pythagoræ discipulus, vt refert Laertius, librum suum ad hunc modum

instituit, Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιήτης τάδε ἔλεξεν.

Τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς φύσεως ἐκμαθών, τάδε καὶ δόξῃ μετὰ λόγου τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος. Duos esse cognoscēdi modos his paucis verbis Ocellus ostendit: vnum, earum rerum, quæ sub sensum cadunt, quas sola magistra & duce natura manifestis signis percipimus; alterum, illarum, quæ animo comprehenduntur, sed cum quadam à re nota ad ignotam progressione. Verum vt ita progrediamur, vel (vt sic dicam) discurramus, tres necessariæ nobis sunt animę facultates, quarum prima positas & concessas ratiocinationis propositiones, cognitis tamē prius earum terminis intelligat. hæc Gręce νοῦ & νόησις, Latine mens, & intelligentia nūcupatur, secunda progrediatur ac discurrat, cui quidem duplex Gręcum impositum est nomen διάνοια & λόγος, vtraque Latine dicitur cogitatio. Hęc autem vis, tametsi vna eadémque est, loci tamen, & rei subiectæ ratione, in qua est, à se ipsa videtur differre: & propterea (vt modo dixi) duo habet nomina. Nam vt in Sophista affirmat Plato, ea facultas appellatur διάνοια, cum intus inclusa veluti animæ ad se ipsam dialogus, in anima versatur: λόγος vero, cum ab anima per os emissa cum sono foras effluit & prodit. Tertia quæ requiritur, conclusionē considerans, vocatur δόξα, quam quidem opinionem & opinationem vertit Cicero. Hanc

in eodem dialogo eſſe τ̃ διανοίας ἀποτελεύτησιν aſſerit Plato, hoc eſt cogitationis concluſionem. primam facultatem attigit illis verbis Ocellus τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος. ſecundam & tertiam, cum dixit, καὶ δόξῃ μετὰ λόγου. Sed aduerte Platonem, qui multa ſumpſit ex Ocello, νόησιν μετὰ τοῦ λόγου coniunxiſſe: ita enim ſcribit in Timæo, νοήσει μετὰ λόγου καταληπτόν. non diuerſa tamen ratione. Nam vterque has tres animæ facultates ad progreſſionem ſeu diſcurſum pertinentes, enumerare voluit, de quibus Ioannes Grammaticus in prooemio primi de Anima voluminis. Nõ negauerim tamen νόησιν, διάνοιαν, δόξαν, tres etiã ſignificare animi habitus, quibus duos alios πίστιν καὶ εἰκασίαν addidit Plato in calce libri VI. de Rep. quibus nos dicit cognoſcere quinque rerum genera.

P. II. v. 15. Symmetria cum Latinum, teſte Plinio, non habeat nomen, commenſurationẽ proportionémque conuertere mihi nõ libuit, ſed integram ſeruandam eſſe dictionem cenſui. Nam ea, quamuis Græca, iam ſatis, vt pleræque aliæ, Latino ſermone trita eſt, qua Victruuius & Plinius ciues mei frequẽter vſi ſunt.

P. 15. v. 4. Hoc eodem ferè argumento probauit Critolaus peripateticus Mũdum ſemper fore, quãuis id paucioribus fecerit, quàm Ocellus, & diuerſis vſus ſit verbis, & exẽplis, vt in Philonis libello περὶ ἀφθαρσίας κόσμου vide-

re licet, in quo ſic ſcriptum eſt, Ἐπαγωνιζόμενος δ' ὁ Κριτόλαος ἐχρῆτο καὶ τοιούτῳ λόγῳ· τὸ αἴτιον αὑτῷ τοῦ ὑγιαίνειν, ἄνοσον ἐστὶ, ἀλλὰ καὶ τὸ αἴτιον αὑτῷ τοῦ ἀγρυπνεῖν, ἄγρυπνόν ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ ἄτιον αὑτῷ τοῦ ὑπάρχειν, ἀΐδιον ἐστίν· αἴτιος δ' ὁ κόσμος αὑτῷ τοῦ ὑπάρχειν, εἴγε καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ἀΐδιος ἄρα ὁ κόσμος ἐστίν. hoc eſt, *Critolaus autem diſputans hac ratione vtebatur, quod ſibi ipſi bonæ valetudinis cauſa eſt, id nullo affligitur morbo. quin etiam quod ex ſe habet, vt vigilet, ſomni expers eſt. Quod ſi ita res ſe habeat, id quoque quod ſibi ipſi cauſa eſt, cur ſit, perpetuum eſt, atqui Mundus ſicuti cæteris rebus, ſic etiam ſibi ipſi in cauſa eſt, vt ſit, nimirum ipſe æternus eſt.* Non miretur, qui noſtra hæc legerit, ſi cum in Ocello, & Philone ἀπόδειξιν nomen græcum reperi, demonſtrationem transferre noluerim. Nam demonſtratio apud Ciceronem non idē ſignificat, quod apud Ariſtotelem ἀπόδειξις. quare facile ſuſpicor, ne M. Tullius Ariſtotelis libros περὶ τῶν ἀναλυτικῶν, ſicut & alios eiuſdem complures viderit. quod ſanè ſi illi datū fuiſſet, non dixiſſet in Academicis ἀπόδειξιν, eſſe argumenti concluſionem, eámque ita definiri vt ſit ratio, quæ ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit. Nam hæc definitio non tantum veræ demonſtrationi, cuius vim & naturam perſecutus eſt Ariſtoteles, verum etiam omnibus ratiocinationis generibus conuenire aptaríque videtur. Loco demonſtra-

monſtrationis Ariſtotelicæ exquiſitam rationem protulit Cicero. Quem imitari mihi libuit tum primo Tuſculanarum, tum etiam primo de Finibus, vbi inter argumenti concluſionem & rationem, item inter mediocrem animaduerſionem & admonitionem quid interſit, nobis explicuit.

P.16.5. Philo Iudæus in eodē opuſculo hanc rationē ferè totam ex Ocello ad verbum accepit. ſic enim ait, Λέγεται μὲν τοι, καὶ φθορὰ, ἥτε πρὸς χεῖρον μεταβολὴ, λέγεται δὲ καὶ ἡ τοῦ ὄντος ἀναφαίρεσις παντελὴς, ἣν καὶ ἀνύπαρκτον ἀναγκαῖον λέγειν. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται, οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τὶ, τὸ, τὲ ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον, καὶ ἄπαυστον. hoc eſt, *Interitus vocatur in deterius mutatio. dicitur quoque omnium perfecta conſumptio, cui nulla neceſſario attribuitur ſubſiſtentia, nam quemadmodum ex nihilo nihil efficitur, ita nec quod eſt, in nihilum interit, ex nihilo enim vt aliquid gignatur, fieri nequit, atque id quod eſt, prorſus deleri, & interimi, nec auditum vnquam nec credibile eſt.*

Ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἀπολέσθαι,] ita vulgo legitur in Ocello. Ego vero legendum arbitror ἀποτελέσθαι, quod eſt effici vel fieri, quod intelligere cuique licet cum ex ipſa rei natura, tum vero ex verbis Philonis, quæ Ocelli verbis debent respondere. ita enim ſcribit Philo: ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τί.

Extrema quoque Philonis verba, quę modo adduxi, mendosa sunt. sic enim in omnibus sese habent codicibus, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπαυστον. nam quid significet ἀνήνυστον, & quantum ἄπαυστον proposito conueniat, nō satis perspicio. Quare locum emendare, atque ἀνήνυστον in ἀνήπυστον, & ἄπαυστον in ἄπιστον conuertere non veritus sum. vt sit sensus quēadmodum transtuli: atque res ipsas prorsus interire inauditum incredibiléque est.

Pag. 16. v. 10. Hanc rationem sumpsit ab Ocello Philo Iudæus, & in libello suo posuit de Mundo non interituro, quamuis eam pluribus verbis explicuerit: cum inquit, Τοὺς δὲ ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον κατασκευάζοντας λόγους ἕνεκα τῆς πρὸς τὸ ὁρατὸν ἀιδοῦς τακτέον προτέρους, οἰκείαν ἀρχὴν λαβόντας. ἅπασι τοῖς φθορὰν ἐνδεχομένοις αἰτίαι διτταὶ τῆς ἀπωλείας· ἡ μὲν ἐντὸς, ἡ δὲ ἐκτὸς προυπόκεινται. σίδηρον οὖν καὶ χαλκὸν καὶ τὰς τοιουτοτρόπους οὐσίας εὕροις ἂν ἀφανιζομένας, ἐξ ἑαυτῶν μὲν, ὅταν ἑρπυνώδους νοσήματος τρόπον ἰὸς ἐπιδραμὼν διαφάγῃ. πρὸς δὲ τῶν ἐκτὸς, ὅταν ἐμπιμπραμένης οἰκίας ἢ πόλεως συναναφλεχθεῖσαι τῇ πυρὸς βιαίῳ ῥιπῇ διαλυθῶσιν, ὁμοιοτρόπως δὲ καὶ ζώοις ἐπιγίνεται τελευτὴ, νοσήσασι μὲν ἐξ ἑαυτῶν, ὑπὸ δὲ τῶν ἐκτὸς σφαττομένοις, ἢ ἐμπιμπραμένοις, ἢ θάνατον οὐ καθαρὸν τὸν δι' ἀγχόνης ὑπομένουσιν. εἰ διαφθαρήσεται καὶ Κόσμος, ἐξ ἀνάγκης ἤτοι ὑπὸ τινὸς τῶν ἐκτὸς, ἢ πρὸς τινὸς τῶν ἐν αὐτῷ φθαρήσεται δυνάμεων. ἀμήχανον δ' ἑκάτερον. ἐκτὸς μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι τοῦ

κόσμου

κόσμου, πάντων εἰς τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ συνερανισθέντων. οὕτω γὰρ εἷς τε ἔσται καὶ ὅλος, καὶ ἀγήρως. εἷς μὲν διὰ τὸ ἀπολειφθέντων τινῶν, ἕτερον ἂν παρὰ τῷ νῦν ὄντι γενέσθαι ὅμοιον. ὅλως δὲ ἕνεκα τοῦ σύμπασαν τὴν οὐσίαν εἰς αὐτὸν ἐξανηλῶσθαι. ἀγήρως δὲ καὶ ἄνοσος, ἐπειδὴ τὰ νόσοις καὶ γήρᾳ σώματα ἁλωτὰ, θερμότησι καὶ ψύξεσι, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐναντιότησι προσεμπιπτούσαις ἔξωθεν ἰσχυρῶς ἀνατρέπεται, ὧν οὐδεμία δύναμις ἀποδρᾶσα κυκλοῦται, καὶ ἐπιτίθεται παθῶν, μηδενὸς ἀποστάντος μέρους, ὁλοκλήρων ἐγκατειλημμένων εἴσω. εἰδ᾽ ἄρα τι ἐστὶν ἐκτὸς, πάντως ἂν εἴη κενὸν, ἢ ἡ ἀπαθὴς φύσις, ἣν ἀδύνατον παθεῖν τι ἢ δρᾶσαι. καὶ μὴν οὐδὲ ὑπὸ τινὸς αἰτίας διαλυθήσεται τῶν ἐντὸς αὐτοῦ. πρότερον μὲν, ἐπειδὴ τοῦ ὅλου τὸ μέρος καὶ μεῖζον ἔσται καὶ κραταιότερον, ὅπερ ἐστὶ ἀτοπότατον. ὁ γὰρ κόσμος ἀνυπερβλήτῳ κράτει χρώμενος ἄγει τὰ μέρη πρὸς μηδενὸς αὐτῶν ἀγόμενος. hoc est, *Hæ vero rationes, quæ mundū neq; genitū esse, neque interiturū affirmant, ex proprijs illorum ducta principijs, qui ipsum interiturum concedunt, priore loco sunt reponendæ, vt eorum quæ cernimus habere rationem videamur. Duas nanque illi esse causas cur res pereant, interiorem vnam, alteram externam statuunt. Nam ferrum & æs, atque huius generis substantias aboleri ex se ipsis comperias cum in æruginem incidūt, quæ illas in modum serpentis morbi inuadens exedit. Ex causis vero externis interitus accidit; quando domus aut ciuitas vi coniecto igne incensa deflagrat, & dissoluitur. Pari modo & animalia partim morbo ex ipsis*

correpta, partim vi externa, dum iugulantur aut exuruntur, aut turpi ſuſpendij morte afficiuntur, interimi ſolent. Item igitur ſi interiturus eſt mundus, id quidem eueniet, aut aliqua interiore cauſa, aut externa: quorum neutrum fieri poteſt: nam extra mundum nihil reliquum eſt, cum omnia in eius complementum collata fuerint. ita vnus erit integer, & ſenio carens; vnus quidem, quoniam ſi quid remanſiſſet, alius ei qui nunc eſt, ſimilis omnino factus fuiſſet. integer vero propterea quòd in ipſo cõſtruendo vniuerſa eius ſubſtantia conſumpta eſt. Neque item ſenij, neque morbi particeps eſt, quia corpora, quæ morbis & ſenio obnoxia ſunt, externo quoque & valido caloris & frigoris aliarúmque rerum contrariarum appulſu intereunt, quarum ſanè facultatum nulla vis aufugit, quæ illum circumuenire, aut aliqua ratione aggredi valeat, cũ nulla quidem eius portio abſceſſerit, ſed omnes intus clauſæ, comprehenſæque ſint. Ergo ſi aliqua externa ſit cauſa, ea omnino inanis, aut natura quædam impatibilis, quæ nec agere quidpiam nec pati poſſit, præterea nec ab interiori diſſoluetur ob illud inprimis, quod pars quàm totum erit maior ac valentior, quod ſanè abſurdiſsimum. Mundus enim incredibili robore ſuas partes exuperat, quas quidem agit & mouet, ipſe vero à nulla earum viciſſim mouetur agitatúrque.

Pag. 20. v. 5. Οὐδὲ ἀντιπερίστασις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ γῆς.] His Ocelli verbis ſatis perſpicuum eſt

huius

huius Græci nominis, quod est, ἀντιπερίστασις inuentorem (vt nonnulli somniant)non fuisse Aristotelem. Nam Ocellus ætate Aristotelem longè antecessit. hāc ego Antiperistasin(quāuis fortasse nimis licenter) contrarii circunstantiam transferre volui. Nec sum deterritus quod Theodorus Gaza circum o bsistendi rationem, reciprocationem Hermolaus Barbarus,alij aduersum conatum cōuerterint. Causam interpretationis exposui in illa Epistola Veronensi, quæ est ad Timotheum Iustum sobrinum meum, qui paucis his diebus dum hæc scriberē, cum meo magno dolore ex hac vita migrauit: in qua quidē epistola duplicem ostendi in natura reperiri ἀντιπερίστασιν, Platonis vnam (tametsi eo vocabulo nunquam vsus est Plato) alteram Aristotelis, quam ipse ex hoc Ocelli opusculo, si non ex alio, fortasse mutuatus est. Verum hæ duę ἀντιπεριστάσεις lōge inter se differunt. prima enim loci mutatione, secunda alteratione qualitatum effici solent.

Pag.23.v.11. Hanc naturalium causarum distinctionem (aliis tamen verbis)sic in Academicis expressit Cicero : *De natura autem(id enim sequebatur) id dicebant, vt eam diuiderent in res duas, vt altera esset efficiens, altera quasi huic se præbens, eā qua efficeretur aliquid in eo, quod efficeret, vim esse censebant, in eo autē quod efficeretur, materiam quandam.* Idem primo de

Finibus & in Topicis. Ex quibus quidē locis facile colligi poteſt vere locutum Ariſtotelē, cum in libro de ortu animalium & alibi dixit, veteres naturæ interpretes, quos ſequitur Cicero, duas rerum tantummodo vidiſſe cauſas, effectricem & materiam.

Ibid. 20. Τὸ τε ἄπαθες μέρος τοῦ κόσμου καὶ τὸ ἀκίνητον] melius arbitror ſi legatur, τὸ τε ἀειπαθες μέρος, καὶ ἀεικίνητον: vt ſit ſenſus ſemper patibilem, & ſemper mobilem partem diſtinguunt ac ſeparant. nam in fine huius capitis vtranque complectens naturam, & quæ infra & quæ ſupra Lunam eſt, ita dicet: τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ κόσμου ἄρα ἐστίν. Mercurij Triſmegiſti locū adumbraſſe Ocellus mihi viſus eſt, quamuis ille de duobus loquatur animalium generibus. ſic enim ſcribit in Pœmandro: Θεάσαι δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀθανάτων ὅσον ἐστὶ καὶ τῶν θνητῶν, μέσην δὲ ἀμφοτέρων ζώων ἀθανάτων καὶ θνητῶν τὴν σελήνην περιπορευομένην. hoc eſt, *contemplare quanta animalium & immortalium & caducorum vis exiſtat, vtque inter vtranque genus lunæ circuitus medius interiectúſque ſit.*

P. 24. 15. Ἡ ὕλη, quæ Latine dicitur materia, verbum Ciceronis temporibus (vt ipſe innuit in Academicis) non ſatis vſitatum & tritum, nunquam Plato vſus eſt, præſertim cum de ea agit materia, quæ eſt rerum naturalium initium

initium. quamuis eandem pluribus explicet nominibus, quorum duo sumpsit ex Ocello & Timęo Locro, quę sunt πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον. τὴν ὕλην tamen & Mercurius Trismegistus in Pœmandro & Timæus Locrus antea vsurparunt. Verum illud addo, quod alias prætermisi, Platonem artificiosam materiã τῆς ὕλης vocabulo nuncupasse. à qua etiam formauit, διϋλάζω verbum, & participium διϋλασμένος. sic in Timæo scribit, Ὡς τ' οὖν δὴ τὰ νῦν οἷα τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παράκειται τὰ τῶν αἰτίων γένη διϋλασμένα. Ocellus autem noster vtranque materiam, tam artificiosam quàm naturalem ὕλην appellauit. Hunc locum de tribus rebus, quæ generationi sunt necessariæ, ex Ocello mutuatus est Aristoteles, & in suum de ortu & interitu secũdum volumen retulit his verbis: Ἡμεῖς δὲ φαμὲν ὕλην τινὰ τῶν σωμάτων αἰσθητῶν, ἀλλὰ ταύτην οὐ χωριστήν, ἀλλὰ μετ' ἐναντιώσεως, ἐξ ἧς γίνεται καὶ τὰ καλούμενα στοιχεῖα. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέροις ἀκριβέστερον. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐστὶν ἐκ τῆς ὕλης τὰ σώματα, πρῶτα διοριστέον, καὶ περὶ τούτων ἀρχὴν, καὶ πρῶτον ὑποθεμένοις εἶναι τὴν ὕλην τὴν ἀχώριστον μὲν, ὑποκειμένην δὲ τοῖς ἐναντίοις· οὐ γὰρ τὸ θερμὸν ὕλη τῷ ψυχρῷ, οὐδὲ τοῦτο τῷ θερμῷ, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον ἀμφοῖν. ὥστε πρῶτον μὲν δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή. quod est, *Nos verò corporum, quæ percipiuntur sensu, quandam esse materiam asserimus inseparabilem & cum re contraria*

coniunctam, unde oriuntur, quæ appellantur elementa, sed de iis alio in loco accuratius disputauimus. verum cum primum corpora efficiantur ex materia, ita agendum est, ut materiam esse rerum contrariarum principium, & primum statuamus, inseparabilem quidem, sed iisdem subiectam, ac substratam. non enim calor frigoris, nec frigus caloris habetur materia, immo potius quod utrique substernitur. quare primum corpus, quod potestate sub sensum cadit, principium est.

Pag. 27. 6. Aristoteles ibidem Ocellũ secutus, δεύτερον δὲ (inquit) αἱ ἐναντιώσεις, λέγω δὲ, οἷον ψυχρότης καὶ θερμότης. id est, *secundo res contrariæ (dico frigus & calorem) necessariæ sunt.* ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται. Ex iis Ocelli verbis Simplicium merito posse reprehendi perspicue cernitur, qui Platonis sui, cuius dialogos frequenter legerat, videtur oblitus. Nam cum Aristotelẽ ipse libro 5. de Physica auscultatione sic loquentem animaduertisset, ἡ μὲν οὖν κατὰ ποιὸν κίνησις, ἀλλοίωσις ἔστω, locum exponens ait, ἔοικε τὸ τῆς ἀλλοιώσεως ὄνομα αὐτὸς ἐπιθεῖναι τῇ κατὰ ποιὸν κινήσει, id est, *videtur motui, qui per quale agitur, alterationis nomen imposuisse.* Quod tamen constat esse falsum. nam Ocellus & Timæus Locrus, ac post ipsos etiam Plato, hoc mutationis genus eadem appellatione nuncuparunt. sic enim Timæus in libello de natura mundi & anima, κατὰ δὲ ταῦτα αἱ τῶν αἱμάτων τροπαὶ καὶ ἀλλοιώσεις.

Plato

Plato quoque in Theæteto, τοῦτο μὲν τοίνυν ἓν ἔστω εἶδος. ὅταν δὲ ᾗ μὲν ἐν τῷ αὐτῷ, γηράσκει δὲ, ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ, ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γίνεται, ἢ τινὰ ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιοῦται, ἆρα οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως, ἀναγκαῖον μὲν οὖν δύο δὴ λέγεται τούτω εἴδη κινήσεως, ἀλλοίωσιν τὴν δὲ περιφοράν. idem in Parmenide: ὅτι κινούμενον ἢ φέροιτο ἢ ἀλλοιοῖτο ἄν, αὗται γὰρ μόναι κινήσεις, ναί, ἀλλοιούμενον δὲ τὸ ἓν ἑαυτοῦ ἀδύνατον οὐκ ἄρα κατ' ἀλλοίωσίν γε κινεῖται.

Præterea Mercurius Triſmegiſtus, qui (vt Lactantij Firmiani ex primo libro diuinarum inſtitutionum vtar verbis) vir fuit antiquiſſimus & inſtructiſſimus in omni genere doctrinæ, adeo vt ei multarum rerum ſcientia Triſmegiſti nomen imponeret, ἀλλοιώσεως nomen motui qualitatis inditum eſſe non ignorauit. quod ſanè oſtendit, ita ſcribens in Pœmandro: Πρὸς ταῦτα ὁ Ποιμάνδρης εἶπε πρῶτον ἐν τῇ ἀναλύσει τοῦ σώματος ὑλικοῦ παραδίδωσιν αὐτὸ σῶμα εἰς ἀλλοίωσιν. Illud ſilentio præterire nõ poſſum, quod primo de ortu & interitu ſcriptum reliquit Ioannes Grammaticus, mutationem, quæ ratione ipſius qualis in Vlyſſem facta eſt, Homerum ἀλλοίωσιν nuncupaſſe, cum illud protulit carmen:

Ἀλλοῖός μοι ξεῖνε φάνης νέον ἠὲ πάροιθεν (ſic enim Thelemachus patrem affatur mutatum à Pallade) in quo quidem ipſum ait ἀλλοῖον non autem ἄλλον ſibi videri. Hoc vocabulum δύ-

ναμις, quod sæpenumero (vt ex hoc Ocelli codice satis perspicuum est) qualitatem tertiæ speciei significat, frequens est apud antiquos philosophos, qui scripserunt ante Aristotelis tempora. sic enim Timæus Locrus in eodem libello Dorico vtens sermone, νόσω δὲ ἀρχαὶ τῶν πρώτων δυναμίων ἀσυμμετρίαι εἴκα πλεονάζοιεν, ἢ ἐλλείποιεν, ταὶ ἁπλαὶ δυνάμεις, θερμότας ἢ ψυχρότας, ἢ ὑγρότας ἢ ξηρότας. ita quoque Plato scribit in Timæo: ἔτι ὀξείαις καὶ ἁλμυραῖς δυνάμεσι χολὰς καὶ ἰχῶρας καὶ φλέγματα ἔχει παντοῖα. Aristoteles etiam in eadem significatione & in quarto Meteor. & alibi τὴν δύναμιν frequẽter vsurpat: sed illud tamen palam dicam, vt iuuenes admoneã, non recordari, me in Hippocratis commentariis, nec in Ocelli, nec in Timæi Locri opusculis τὴν ποιότητα vnquam legisse, tametsi id esse philosophorũ, non vulgi verbum in Academicis affirmat Cicero, à Mercurio Trismegisto vetere admodũ & prisco Theologo sæpius, semel à Platone vsurpatum cõperi, qui sic in Thæteteto: καὶ τὸ μὲν πάσχον αἰσθητόν, ἀλλ' οὐκ αἴσθησιν, ἔτι γίγνεσθαι, τὸ δὲ ποιοῦν ποιόν τι, ἀλλ' οὐ ποιότητα. ἴσως οὖν ποιότης, ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα. καὶ οὐ μανθάνεις ἀθρόον λεγόμενον. id est: *ac patiens quidem sensum mouet, non tamen efficitur sensus, ac faciens quale quoddam est, sed non qualitas. fortasse igitur qualitas alienum & extraneum tibi esse videtur nomen, nec, vt sæpius dictum, intelligis.* Quæ quidem

dem verba cum (vt arbitror) vidisset Aristoteles, veluti à Platone dissentiẽs, qui τὴν ποιότητα vocabulum ἀλλόκοτον sibi videri dixerat, de qualitate agere in Categoriis sic fidenter incepit: Ποιότητα δὲ καλῶ, καθ' ἣν ποιοὶ τινὲς λέγονται. qui sanè ad hũc modum locutus est, nõ vt se huius nominis inuentorem, & quasi architectum (vt nonnulli falso putant) profiteretur, sed potius, vt id suo iudicio, rei naturæ proprium, & accommodatum ostenderet, quemadmodum etiam cum eodem Magistro suo consentiens in analyticis protulit, ὅρον δὲ καλῶ.

Ibid. 14 Hanc etiam partem ab Ocello accepit Aristoteles. qui sic ait eodem libro: Τρίτον δ' ἅμα πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα. ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα, καὶ οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ ἄλλοι λέγουσιν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ἀλλοίωσις· αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι. *Tertio necessaria quoque sunt ea corpora, ignem dico, & aquam & quæcumque huius generis. nam elementa vicißim mutantur, non tamen eo modo, quo Empedocles & alij asserunt: res contrariæ non item.*

Ibid. 19. Λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων] ita legitur in Ocelli opusculo Romæ descripto, & ad me Veronam transmisso. idem tamen Louanij impressum sic habet: Λόγον γὰρ ἀσώματον τυγχάνουσι· τούτων δὲ τῶν- priorem lectionem, vt quæ melior & clarior sit, magis probo.

Pag.27. 20. Aristoteles in hanc sententiam libro secundo de ortu & interitu: θερμὸν δὲ καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, τὰ μὲν τῷ ποιητικὰ εἶναι, τὰ δὲ τῷ παθητικὰ λέγεται, id est, *calor & frigus, siccitas & humor, illæ qualitates quia vim habent agendi, hæ quoniam patiendi, nomen adeptæ sunt.* quem locum accuratè admodum exposuit Ioannes Grammaticus. hoc idem quod illic dixit Aristoteles, repetit libro quarto Meteor.

Pag.29.v.8. Cicero in Academicis, qui Ocelli forte opusculum viderat, hanc qualitatum diuisionem sic distributã interpretatur: *Earum igitur qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex ijs ortæ. principes sunt vnius modi & simplices. ex his autẽ ortæ variæ sunt, & quasi multiformes.*

Ibid.20. Hunc locum ferè totum ex Ocello sumpsit Aristoteles & in secundo de ortu & interitu suis rationibus accommodauit, ita scribens:

Τὸ δὲ πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἡ γὰρ πῆξις καὶ ζέσις ὑπερβολαί τινές, ἡ μὲν ψυχρότητος, ἡ δὲ θερμότητος. εἰ οὖν κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ πῦρ ἔσται ζέσις θερμοῦ καὶ ξηροῦ. διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτε ἐκ πυρός. Verum Aristoteles cum id conclusit, Ocellum secutus, διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτε ἐκ πυρὸς, à se ipso videtur dissentire; quippe qui libro 5. de Historia animal. tam ex niue, quæ gelatio quædam est, quàm ex igne oriri posse animal asserat.

Nam

Nam Plinius ciuis meus Ariſtotelis locum ſic interpretatur.

Quin etiam in iis, quæ putredinem nullam poſſe recipere exiſtimãtur, naſci animalia nouimus, vt vermes in niue vetuſtiore, qui hirti ſunt pilis & rubidi. quoniam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit. ſed in niue mediæ terræ candidi & grandiores inueniuntur, torpent omnes, & difficulter mouentur.

Idem ſtatim de igne.

In Cypro ærariis fornacibus, vbi chalcites lapis pluribus diebus crematur, beſtiolæ in medio igne naſcuntur pennatæ, paulo muſcis grandioribus maiores, quæ per ignem ſaliunt, atque ambulant. emoritur & hoc genus, cum ab igne dimotum eſt.

Sed cum primo Meteor. libro dixerim philoſophum facile poſſe cum ſe ipſo conciliari, eo quod aliter in extrariis, aliter in auſcultatoriis libris ſuis loqui ſolitus ſit, idem nũc repetere ſuperuacaneum arbitror.

Verum illud velim conſideret diligens lector: qua nam moti ratione Plinius & Theodorus Gaza illa Ariſtotelis verba ἐκ τῆς ἐν εὐδίᾳ χιόνος, *in niue mediæ terræ* conuerterint.

Pag. 31. 12. Ariſtoteles in eodem ſecundo. Καὶ ἄκρα μὲν, καὶ εἰλικρινέστατα πῦρ καὶ γῆ, μέσα δὲ καὶ μιγνύμενα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀὴρ, καὶ ἑκάτερα δὲ ἑκατέροις ἐναντία, πυρὶ μὲν γὰρ ἐναντίον τὸ ὕδωρ, ἀέρι δὲ γῆ. Ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ἐναντίων παθημά-

τῶν συνέστηκεν: *Ignis quoque & terra extrema & sincerissima sunt, media & magis admista aqua & aer, & vtraque vtrisque contraria. aqua enim igni, aeri terra repugnant & aduersantur: quippe quæ ex contrariis qualitatibus concreta sint.*

Ibid.18. Hæc eadem ferè omnia secundo de ortu & interitu repetit Aristoteles, vbi quonam modo aër sit humidior quàm aqua, perspicuè declarauit Ioannes Grammaticus.

P.39 8. Ocellus & Aristoteles de elementis vt vicissim mutētur, egerunt. ille enim primū duo posuit mutationum genera, vnum quod à terra ad ignem sursum ascendit, alterum quod deorsum agitur, vt cum aër ex igne, ex aëre aqua, ex aqua terra oritur; quæ quidē duæ generationes, seu mutationes vna tantum mutatio quæ in orbem efficiatur, ab Aristotele esse dicitur, & ea quidem illorum elemētorum, quæ deinceps & loci ordine se consequuntur. Addit etiam tertium genus, quod sanè est, cū vtriusque elementi contraria remanet facultas, cognata vero & similis tollitur: sed cum in ea mutatione nullum gignatur elementum, nihil ipsius Aristoteles meminit. Adiungit idem Ocellus aliam quandam mutationem κατ' ἐναλλαγὴν, id est, per internitionem fieri (quãuis apud eūdem etiam legatur κατ' ἀναλλαγὴν) quæ quidem qua ratione eueniat, ipse declarat dicens eam effici, cum totum superat totum, & duæ facultates sic intereunt, vt nulla illis

illis corporibus seruetur communis. Hos mutandi modos intellexit Aristoteles, quos tamē aliis verbis explicuit, cum mutationem elementorum in facilem, ac difficilem, in velocē & tardam generatim distinxit. Cuius quidem diuisionis primam particulam elementis, quæ proxima sunt καὶ σύμβολα ἔχει, tribuit; alteram vni extremo & medio, quorum aliud domat & comprimit aliud, & duæ contrariȩ destruūtur qualitates; vt cum ignis ex aqua, aut ex aëre oritur terra, vel contra cum aqua in ignem vel terra in aërem mutatur & vertitur.

Verum vnū adhibuit Aristoteles, quod ab Ocello fuerat omissum, ex duobus elementis summe contrariis tertium gigni posse: verbi gratia, ex igne & aqua, aerem & terram, atque ex aere & terra, ignem & aquam: ídque tunc euenire, cum vtriusque vna qualitas deperditur, altera conseruatur. Aristotelis verba, quibus has elementorum mutationes ab Ocello sumptas declarauit, hæc sunt ex secundo libro de ortu & interitu.

Aristotelis Particula XXV.

Ἤδη καθ' ἕκαστον οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν πῶς. ἅπαντα γὰρ ἐξ ἁπάντων, διοίσει δὲ τῷ θᾶττον καὶ βραδύτερον, καὶ τῷ ῥᾷον καὶ χαλεπώτερον. ὅσα μὲν γὰρ ἔχει σύμβολα πρὸς ἄλληλα, ταχεῖα τούτων ἡ μετάβασις· ὅσα δὲ μὴ ἔχει, βραδεῖα, διὰ τὸ ῥᾷον εἶναι τὸ ἓν, ἢ τὰ πολλὰ μεταβάλλειν. οἷον ἐκ πυρὸς μὲν ἔσται ἀὴρ θάττερον μεταβάλλοντος τούτου, τὸ μὲν γὰρ ἦν θερμὸν καὶ ξηρόν, τὸ

δὲ θερμὸν καὶ ὑγρόν. ὥστε ἂν κρατηθῇ τὸ ξηρὸν ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ, ἀὴρ ἔσται. πάλιν δὲ ἐξ ἀέρος ὕδωρ, ἐὰν κρατηθῇ τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ· τὸ μὲν γὰρ ἦν ὑγρὸν καὶ θερμόν, τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν. ὥστε μεταβάλλοντος τοῦ θερμοῦ ὕδωρ ἔσται. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐξ ὕδατος γῆ, καὶ ἐκ γῆς πῦρ, ἔχει ἄμφω πρὸς ἄμφω σύμβολα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ὥστε κρατηθέντος ὑγροῦ γῆ ἔσται. καὶ πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν πῦρ ξηρὸν καὶ θερμόν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν, ἐὰν φθαρῇ τὸ ψυχρόν, πῦρ ἔσται ἐκ γῆς. ὥστε φανερόν, ὅτι κύκλῳ τε ἔσται ἡ γένεσις τοῖς ἁπλοῖς σώμασι, καὶ ῥᾷστος οὗτος ὁ τρόπος τῆς μεταβολῆς, διὰ τὸ σύμβολα ἐνυπάρχειν τοῖς ἐφεξῆς.

Iam vero quonam modo id accidat, videre non est difficile: omnia enim orientur ex omnibus: sed differt, eo quod celerius & tardius, facilius & magis difficulter efficiatur mutatio. nā quæ cognata sunt, & communem habent qualitatem, horum velox est transitus: quæ autem non habent, tardus. propterea quod vnum quàm multa facilius mutationem recipit, vt ex igne orietur aer, eo vno celerius immutato. nam alter calidus & siccus, alter calidus humidúsque est. Quare si ab humore destruatur siccitas, aer generabitur: ex aere item prodibit aqua, si calorem frigus exuperet. si quidem ille erat calidus & humidus, hæc vero frigida & humida. Quapropter si mutetur calor, erit aqua, similiter ex aqua oritur terra, atque ex terra ignis (vtraque enim vtrique cognata est) nam aqua frigida & humida, & terra frigida siccáque percipitur. vn-

de si

de si domitus fuerit humor, prodibit terra. præterea cum ignis siccus sit & calidus, terra autem frigida & sicca, si aboleatur frigus, ignis orietur & terra. Itaque generationem in orbem simplicibus inesse corporibus satis perspicuum est, cum elementa quæ ordine loci se consequuntur, cognationem habeant.

Aristotelis Particula XXVI.

Ἐκ πυρὸς δ᾽ ὕδωρ, καὶ ἐξ ἀέρος γῆν, καὶ πάλιν ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀέρα καὶ πῦρ ἐνδέχεται γίνεσθαι· χαλεπώτερον δὲ διὰ τὸ πλειόνων εἶναι μεταβολήν. ἀνάγκη γὰρ εἰ ἔσται ἐξ ὕδατος πῦρ, φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρόν. καὶ πάλιν εἰ ἐκ γῆς ἀήρ, φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος ὕδωρ καὶ γῆ, ἀνάγκη ἀμφότερα μεταβάλλειν. αὕτη μὲν οὖν χρονιωτέρα ἡ γένεσις. *Mox etiam ex igne aqua, & terra ex aere; ac rursus ex aqua & terra aer & ignis oriri possunt, quamuis id difficilius accidat; nam plurium requiritur mutatio. si enim ignis ex aqua fieri debeat, vt humor & frigus corrumpantur necessitas cogit: item si aer ex terra, frigus & siccitas interimendæ sunt. eadem ratione si ex igne & aere terra & aqua gignantur, ambæ qualitates mutentur, necesse est. Atque hæc quidem longior & diuturnior habetur generatio.*

Hoc mutationis genus, in quo duæ elemẽtorum delentur qualitates, in XXVI. particula expositũ est, quam mutationem appellauit Ocellus καθ᾽ ἐναλλαγὴν, eámque fieri dixit cum totum superat totum, & duæ qualitates inter-

eunt sic, vt nulla communis remaneat. mutatio igitur κατὰ τὴν ἐναλλαγὴν, Latine mutatio per internitionem, siue vniuersa qualitatum consumptio reddenda est.

Aristotelis Particula XXVII.

Ἐὰν δ' ἑκατέρου θάτερον φθαρῇ, ῥᾷον μὲν, οὐκ εἰς ἄλληλα δ' ἡ τούτων μετάβασις, ἀλλ' ἐκ πυρὸς μὲν καὶ ὕδατος ἔσται γῆ καὶ ἀὴρ, ἐξ ἀέρος καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ. ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ὕδατος φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς ξηρὸν, ἀὴρ ἔσται· λείπεται γὰρ τοῦ μὲν τὸ θερμὸν, τοῦ δ' ὡσαύτως τὸ ὑγρόν. ὅταν δ' τοῦ μὲν πυρὸς τὸ θερμὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρὸν, γῆ διὰ τὸ λείπεσθαι τοῦ τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ τὸ ψυχρόν. ὡσαύτως καὶ ἐξ ἀέρος καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ, ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, τῆς δὲ γῆς τὸ ξηρὸν, ὕδωρ ἔσται. λείπεται γὰρ τοῦ μὲν τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ τὸ ψυχρόν. ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τῆς δὲ γῆς τὸ ψυχρὸν, πῦρ, διὰ τὸ λείπεσθαι τοῦ μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἅπερ ἦν πυρός. *At si vtriusque altera destruatur, facilis quidem, sed non mutuus erit transitus, quin immo ex igne & ex aqua terra & aer, & ex aere & ex terra aqua & ignis ortum habebunt. Nā cum aquæ frigus & siccitas ignis interibunt, orietur aer. siquidē huius calor, illius humor pariter relinquitur. Quod si calor ignis & aquæ humor destruantur, efficitur terra. nam ignis siccitas, & aquæ frigus remanet. Similiter ex aere & terra ignis & aqua gignitur. Nam si aeris calor & terræ siccitas dißipētur, orietur aqua. humor enim aeris, & terræ frigus custoditur illæsum. Cū vero hu*

mor

mor aeris & terræ frigus diſpereunt, exultat ignis: propterea quod illius quidē calor, huius autē ſeruatur ſiccitas, quæ quidē ipſius ignis qualitates ſunt.

Hanc mutationem, qua ex duobus elementis ſumme contrarijs tertium generatur, Ocellum ignoraſſe, cum de ea nihil ſcripſerit, facile ſuſpicari poſſumus. verũ hortor & moneo illud hominum genus, qui Diui Thomæ Aquinatis & Ioannis Duns Scoti diſciplinam pertinaciter defendunt, vt hũc Ariſtotelis locum de mutatione elementorum accurate cõſiderent ac perpendant. nam ſi fecerint, ipſos non arbitror poſthac tã audacter negaturos, eandem numero in re quæ interierit, & quæ orta ſit, ſeruari qualitatem ac conſiſtere.

P.43. 4. Μετάρσιος, verbũ Græcũ Latine ſublimis interpretatur, quo vſus Mercurius Triſmegiſtus in Pœmandro (tametſi μετάρσιον pro excellenti & præſtanti accipiat) cum ait: ἀλλὰ εὐθὺς ἐπικύησεν ἑπτὰ ἀνθρώπους πρὸς τὰς φύσεις τῶν ἑπτὰ διοικητέρων ἀρρενοθήλυας καὶ μεταρσίους. Sed infra in eodẽ dialogo μετάρσιον ſumit pro animali pennigero & aërio, ſic ſcribens: ἐκεῖνο γὰρ ὅρα ὦ τέκνον, ὅτι ἕκαστον τῶν ζώων, ἐνὶ μέρει ἐπιφοιτᾷ τοῦ κόσμου, τὰ μὲν ἔνυδρα τῷ ὕδατι, τὰ δὲ χερσαῖα τῇ γῇ, τὰ δὲ μετάρσια τῷ ἀέρι. Idem repetitur vocabulum pro ſublimi vſurpatum à Philone Iudæo tum in opuſculo περὶ καταστάσεως ἀρχόντων, tum etiam περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. Ocellus (vt ſatis conſtat) μετάρσιον ſumit pro aerio: atque

eam mundi partem intelligit, quæ igni & aëri tributa est, quam quidem dicit postea à Dæmonibus occupatam. Verum Aristoteles non hanc regionem inter cælum terrámque constitutam μετέωρον vocauit, sed omnes eas res, quæ in eadem gignuntur & apparent. vnde suo commentario περὶ τῶν μετεώρων titulum imposuit, in quo disputari περὶ τῶν μεταρσίων Olympiodorus Aristotelis interpres asserit. μετάρσιον quoque in eadem significatione accipitur à Laertio in Epicuri vita. Quid autem sit propriè μετέωρος, abunde iam dixi cum illius libri inscriptionem explicarem.

Ibid. 22. Μεταρσίῳ δὲ ἀερείῳ πνεύματα καὶ ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον. In sublimi & aeria regione duæ fiunt mutationes, vnam cum exhalatio calida & sicca è terris excitata calidior redditur, ex aqua stellarum crines & traiectiones apparēt, quæ quidem in suprema aeris parte (hæc autē ab Aristotele dicitur ὑπέκκαυμα, id est, fomes succendens) gignuntur. Hoc sanè idem est, quod ignis elementum. Altera accidit mutatio, cum vapor calidus & humidus, qui ex aquis tollitur, in nubium loco, qui frigidus est, vi frigoris concrescit, & in pluuiam, niuem, & grandinem conuertitur. Nam grando contrarij caloris circunstantia, quæ Grǽce nuncupatur ἀντιπερίστασις, qua exhalationis augetur frigus, cogi solet.

Ibid.

Ibid. Ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες] Ocelli hæc ſunt verba, quibus eſſe Dæmones cenſuiſſe ſatis perſpicuum eſt. quam ſententiā ſecutus eſt Plato, qui quatuor Dæmonum genera poſuit. Ariſtoteles vero (vt omnes contendunt Peripateticæ ſectæ philoſophi) Dæmonas eſſe omnino negauit, quippe qui nullā aſſeruerit inueniri mentem à materia ſeparatam, quæ aliquam cæleſtem ſphæram nō moueat. Verum ipſe libro tertio de ortu animaliū eoſdem aſſerere viſus eſt, ſed non incorporeos. Eius locum aſcribere libuit, vt qui legerint, melius iudicent an quod ipſe ſenſerit, locutus ſit, & ſcriptum reliquerit, cap. x: Τὸ δὲ τέταρτον γένος οὐκ ἐπὶ τούτων δεῖ ζητεῖν, καίτοι βούλεταί γέ τε κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς εἶναι τάξιν· τοῦτο γὰρ καὶ τέταρτον ἀριθμεῖται τῶν σωμάτων· ἀλλὰ μὲν πῦρ ἀεὶ φαίνεται τὴν μορφὴν οὐκ ἰδίαν ἔχον, ἀλλ᾽ ἐν ἑτέρῳ σωμάτων. ἢ γὰρ ἀὴρ ἢ καπνὸς ἢ γῆ φαίνεται τὸ πεπυρωμένον. ἀλλὰ δεῖ τοιοῦτον γένος ζητεῖν ἐπὶ τῆς σελήνης. αὕτη γὰρ φαίνεται κοινωνοῦσα τῆς τετάρτης ἀποστάσεως. ἀλλὰ περὶ τούτων ἄλλος ἂν εἴη λόγος. i. *Verum quartū genus in ijs non eſt quærendum, quamuis ipſius ignis ordo requirat vt ſit, id enim quartum inter corpora numeratur: verum ignis propriam habere formam nunquam apparet niſi in alio corpore. Nam quod igneſcit, aut aer, aut fumus, aut terra eſſe cernitur. Hoc autem genus proxime infra Lunā quærere neceſſe eſt. quippe quæ quantæ diſtantiæ ſiue abſceſſus particeps*

ſit. ſed de iis alia fuerit diſputatio.

P. 44. 13 Plinius tamen ciuis meus Cadmum Mileſium primum hiſtoriam condidiſſe tradit libro VII.

P. 55. 20. Ὥς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸς τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν] *vt ante annos viginti rerũ venerearum vſum non quærat.* in hanc ſententiã Cæſar libro VI. de bello Gallico, de Germaniæ moribus loquens, *Intra annũ* (inquit) *XX. fœminæ notitiam habuiſſe in turpiſsimis habent rebus.*

P. 56. 3. Plato lib. v. de Rep. hæc Ocelli præcepta vidiſſe palã oſtendit: qui tametſi plures enumeret cognationis gradus, à quibus abſtinere nos oporteat, coitũ tamen cũ ſorore non videtur prohibere. verba Platonis hæc ſunt: Ὅταν δὲ δὴ οἶμαι αἵ τε γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες τοῦ γεννᾶν ἐκβῶσι τὴν ἡλικίαν, ἀφήσομέν που ἐλευθέρους αὐτοὺς συγγίγνεσθαι ᾧ ἂν ἐθέλωσι πλὴν θυγατρὶ καὶ μητρὶ, καὶ ταῖς τῶν θυγατέρων καὶ ταῖς ἄνω μητρός. καὶ τὰς γυναῖκας αὖ, πλὴν υἱεῖ καὶ πατρὶ, καὶ τοῖς τῶν τούτων εἰς τὸ κάτω καὶ εἰς τὸ ἄνω.

Pag. 59. 8. Hoc eodem exemplo vſus eſt Plato libro quinto de Rep. vbi nobis ſuadet vt in gignendis liberis eos imitemur, qui belluarum ſtudioſi dant operam, vt ex optimis canibus, equis & auibus, optima oriatur proles. Platonis verba huic loco breuitatis cauſa apponere nolui, cum nimis multa ſint, tum maximè quòd vulgo habeantur bene cõuerſa.

Ὥς δεῖ

Ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς] his verbis modos exprimit Ocellus, qui in generandis animalibus ſeruãdi ſunt. Hos τὰς περιστάσεις appellant Græci, circunſtantias Latine reddunt. Tum Seneca in quæſtionibus Naturalibus, tũ etiam Quintilianus libro v. ſuarum inſtitutionum. Similiter circunſtantias quæ in dandis requiruntur pecuniis, ſecundo de Moribus libro Ariſtoteles ſic enumerat: Καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι ῥᾴδιον, τὸ δὲ ᾧ καὶ ὅσον καὶ ὅτε καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὥς, οὐκ ἔστι παντὸς, οὐδὲ ῥᾴδιον.

Ibid. 18. Huic libello nonnulla deeſſe arbitror, ea adductus ratione, quòd Ocellus in fine huius vltimi capitis (id quod fecerat in aliorum calce) quæ prius explicuit, non recenſuit.

NOGAROLÆ COMITIS
EPISTOLA AD ADAMVM FVMANVM CANONICVM VERONENſem ſuper Viris illuſtribus genere Italis, qui Græcè ſcripſerunt.

CVM proximè Ocelli Lucani de Vniuerſitate libellum conuertiſſem, Adame, tametſi non ignorabam id me non eſſe aſſecutum quod volebam, tamẽ ipſe mecum vehementer lætabar, quòd rudibus, & ignaris Græcæ linguæ hominibus nonnihil profuiſſem, tum maximè quia in eruendo è tenebris viro, qui ſuis commẽtariis Græcæ ſcriptis Italiam plurimũ exornaſſet, operæ quidpiam & laboris conſumpſeram. De quo quidem plura (ſi poſſem) libenter ſcriberem, ſed quæ ad mores eius, & vitam attinent, omnia temporis longinquitate obſcurauit obliuio. Illud tantum inter omnes conſtat auctores, qui eius meminerint, Ocellum genere fuiſſe Lucanum: ex qua verò Lucaniæ ciuitate ortum habuerit, nullibi ſcriptum vidi. Nam Lucania Italiæ regio, quæ nunc Baſilicata, & Principatus, nuncupatur, pluri-

plurimis,& maximis vrbibus ſemper floruit, & temporibus noſtris etiā floret, inter Thyrrenum, Siculúmque litus, (vt Strabo aſſerit) poſita, à Sylari fluuio vſque ad Laum extenſa, & à Metaponto ad Thurios cōtinentem verſus, & à Samnitibus vſque ad Iſthmum, qui eſt à Thuriis ad Cherillos porrecta, cuius quidem Iſthmi latitudo C C C ſunt ſtadia. In hāc Italiæ partem commigrarunt Ocelli maiores, qui exules ſub Laomedonte Rege à Troia Myrram Lyciȩ ciuitatem longè antea (vt Platonis teſtimonio initio diximus) profecti ſūt. Aſpera quædam ferè tota, & montana Regio, vt qui eam viderunt, vno ore omnes renunciant. In hac ergo Prouincia natus eſt Ocellus, quamuis ipſe non ſolus, verum & complures alij, tum ibi, tum in aliis Italiæ locis, quorum ſcripti Græcæ cōſtant libri non ſine magna Italiæ noſtræ laude. Hos ego, cum Italus ſim, & Italiæ honori mirificè faueam, idque non immerito, colligere, & complecti breuiter conſtitui, (omiſſis tamen illis omnibus, qui eandem Latinè tantum ſcribētes illuſtrarunt) vt antiquus in literis Italiæ ſplendor, & dignitas, mea etiam induſtria, pauliſper appareat.

Quamuis igitur Arcades ſexaginta fermè annis ante bellum Troianum duce Euandro primi in Italiam nauigauerint, & Græcas literas cum inſtrumentis quibuſdam muſicis at-

tulerint, Pythagoras tamen primus omnium (ſiue Samius, ſiue Thyrrenus, vt nonnulli opinantur, fuerit) poſt diuturnas, eaſdémque varias peregrinationes in eam tandem venit Italiæ partem, quæ Magna Gręcia dicta eſt, illis quidem temporibus quibus L. Iunius Brutus Romam dominatu Regio liberauit. Hic ſanctiſſimum Philoſophiæ nomen reperit, ad quem confluebant, vt cum eo vitam agerent diſciplinæ, & ſtudiorum cauſa Lucani, Picentini, Meſſapij, Romani. Quo factum eſt vt ipſe veluti noſtras, aut Italiæ incola Italicam Philoſophiam, quemadmodum Ionicam Thales Mileſius inſtituerit. Vnde poſtea in cõſuetudinem ventum ſit, eandem Philoſophiam Italicam, & Pythagoream, eoſdémque Italicos, & Pythagoreos Philoſophos nũcupare. Quod ſanè & ſecundo de Cælo, vbi agit de terra, & primo Meteor. cap. de ſtellis Crinitis perſpicuè demonſtrat Ariſtoteles. Hic enim, τῶν δὲ Ἰταλικῶν τινὲς καὶ καλουμένων Πυθαγορείων ἕνα λέγουσιν αὐτὸν εἶναι τῶν πλανήτων ἄστρων: Illic verò, ἐναντίως οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν καλούμενοι Πυθαγόρειοι. Item & primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά· Μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγμάτεια. τὰ μὲν πολλὰ τοῖς Πυθαγορείοις τούτους ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ ἴδια παρὰ τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν.

Quo autem tempore floruerit Pythagoras, Plinius noſter ciuis ſic prodidit libro ſecundo Na-

do Naturalis Hiſtoriæ: *Veneris ſtellæ naturam Pythagoras Samius primus deprehendit Olympiade circiter* XLII. *qui fuit annus noſtræ Vrbis* CXLII. Eundem tamen LX. Olympiade ætatem egiſſe Laertius: poſt vero quinquageſimã Pythagorá in Italia docuiſſe, Dionyſius Halicarnaſſeus tradunt.

Eiuſdem Pythagoræ (vt teſtatur Lucianus, cuius verba antea retuli) Ocellus Lucanus auditor fuit. Sed magnus Syrianus Eccelli librũ de vniuerſi Natura, quem ego tamen eundem eſſe Ocellum exiſtimo, adducit in commentariis ſuis in XIII. Metaphyſ. volumen.

Archytas quoque Tarentinus (vt idem Lucianus aſſerit) audiuit Pythagoram, eiúſque familiaris fuit, cuius vna tantum extat ad Platonem Epiſtola, in qua Ocelli meminit, atque eiuſdem libros quoſdam enumerat. Platonis vero ad Archytam tres, quarum vnam ex Laertio recitaui. Archytæ in geometria diſcipulus fuit Eudoxus Gnidius, quem etiam de Sapientia librum ſcripſiſſe nonnulli autumant, ac rerum vniuerſitatem decem Categoriarum numero fuiſſe complexum; quem poſtea hac in re ſecutus ſit Ariſtoteles, auctor eſt Simplicius. Eſt autem Tarentum, vnde Tarentinus ducitur, Calabriæ ciuitas, ad quam cognoſcẽdi Archytæ gratia Plato ſe contulit: vt quinto de Finibus, & primo Tuſculanarum autumat Cicero.

Timæus Locrus vir in Philoſophia clarus & nobilis noſtràs fuit, de quo Plato in ſuo eiuſdem nominis Dialogo: Τίμαιός τε γὰρ (inquit) ὅδε εὐνομοτάτης ὢν πόλεως τῆς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Λοκρίδος οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδενὸς ὕστερος ὢν τῶν ἐκεῖ, τὰς μεγίστας μὲν ἀρχάς τε, καὶ τιμὰς ἐν τῇ πόλει μετακεχείρισαι. φιλοσοφίαν δ' αὖ κατ' ἐμὴν δόξαν ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλήλυθεν. *Timæus quidē ex Locride Italiæ vrbe optimis inſtituta legibus ortum habuit, nulli ſuorum ciuium nec diuitiis nec nobilitate generis ſecundus: qui vt ibi maximos magiſtratus, & honores adeptus eſt, ſic (vt mea fert ſententia) ad ſummum totius philoſophiæ faſtigiū peruenit.* Hic libellum de anima Mundi, & natura compoſuit, vnde multa ſumpſit Plato, & in Timæum ſuum tranſtulit, quē ego iam Latinum feci, & Marcello Ceruino Cardinali optimo dicaui, qui poſt initum Pontificatum ſtatim moriens, magnum ſui Chriſtianæ Reip. deſiderium reliquit. Timæū vt cognoſceret, & audiret Plato, in Italiam profectus eſt, quāuis vtriuſque tempora Macrobio non videantur congruere.

Alcmæon Crotoniata Pythagoræ diſcipulus habitus eſt, cuius mentionem facit Ariſtoteles libro primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά: ὃν περ τρόπον ἔοικε καὶ Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιάτης ὑπολαβεῖν, καὶ ἤτοι οὗτος παρ' ἐκείνων, ἢ ἐκεῖνοι παρὰ τούτου παρέλαβον τὸν λόγον τοῦτον· καὶ γὰρ ἐγένετο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἔτι γέροντι Πυθαγόρᾳ. id eſt:

Quemad-

Quemadmodum viſus eſt ſentire Alcmæon Crotoniata, ſiue quòd ipſe ab illis, ſiue illi ab ipſo hanc rationem acceperint. Nam Alcmæon vnà cum Pythagora iam ſene ætatem egit. Hic (vt affirmat Cicero) Soli, Lunæ, & ſyderibus diuinitatem dedit. Alcmæonis nomen reperitur frequens in libris Ariſtotelis, tum de hiſtoria, tum de ortu Animalium. An vero fuerit hic ille Alcmæon, qui capras ſpirare per aures, prodidit, atque ob id primo de Hiſtoria Animal. irriſus eſt, nō ſatis cōſtat, cū ibi nulla Alcmæonis patrię fiat mētio. Illud curioſi ignorare nullo modo debēt, hāc de caprarū ſpiritu opinionē Archelao, nō Alcmæoni Pliniū noſtrū tribuiſſe.

Parmenidem pariter fuiſſe Pythagoreum ex Elea Lucaniæ ciuitate auctor eſt Strabo libro VI. Geographię, quamuis habitum Xenophanis diſcipulum primo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Ariſtoteles aſſerat. Huius nomine ſuum de Ideis dialogum inſcripſit Plato, in quo Parmenidem diſputantem facit, & ita exprimit: Τὸν μὲν Παρμενίδην εὖ μάλα ἤδη πρεσβύτερον εἶναι σφόδρα πολιὸν, καλόντε, κἀγαθὸν τὴν ὄψιν, περὶ ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκοντα. *Parmenidem admodum ſenem, & valde canum, & pulcherrimo aſpectu, quique annum ferè quintum & ſexageſimum ageret.* Hunc ipſum, veluti qui omnia eſſe vnū opinari viſus ſit, acriter vexat Ariſtoteles libro primo de Naturali Auditione, vbi Simplicius Eleatem nominat Parmenidem.

Ex eadem Elea ortus eſt Zeno (vt ibidem

affirmat Strabo) Parmenidis auditor, de quo ſic Plato in Parmenide: Ζήνωνα δὲ ἐγγὺς ἐτῶν τεσσαράκοντα τότε εἶναι, εὐμήκη δὲ, καὶ χαρίεντα ἰδεῖν καὶ λέγεσθαι αὐτὸν παιδικὰ Παρμενίδου γεγονέναι. *Zenonem eo tempore annorum ferè quadraginta, procera ſtatura, & iucundo aſpectu, quem etiam fuiſſe Parmenidis delitias aiebant.* Hic, vt in Sophiſta ſcriptum reliquit Ariſtoteles, Dialecticæ inuentor fuit, quam cum à Rhetorica diſtingueret, hanc quidem palmę, Dialecticam vero pugno ſimilem eſſe dicebat. Idem Eleæ mori in tormẽtis coactus eſt, cum omnia perpeti maluiſſet, quam conſcios delendæ Tyrannidis prodere.

Eleatem quoque fuiſſe Leucippum nõnulli (vt tradit Laertius) ſunt opinati, ac Zenonem ciuem ſuum audiuiſſe. Non deſunt tamen, qui eundem dicãt fuiſſe Mileſium, vt primo Phyſicor. teſtatur Simplicius.

Extitit & alius Eleates & philoſophus, & orator nomine Alcidamas, quem à Platone appellatum fuiſſe Palamedem libro III. ſuarũ inſtitutionum Quintilianus aſſerit. Suidas tamen Alcidamanta fuiſſe Eleum, ab Elea Aſiæ ciuitate, nõ ab Elea, quæ eſt in Italia, dictũ exiſtimat. Ita enim ſcribit: Ἀλκιδάμας ἀπὸ Ἐλέας τῆς Ἀσίας φιλόσοφος Διοκλέους υἱὸς μουσικὰ γεγραφότος, μαθητὴς τοῦ Γοργίου Λεοντίνου.

De Elea Lucaniæ vrbe, à qua Eleates deducitur, ſic Latinè loquẽs Strabo, vbi agit de Lucania: *Alius itẽ flectenti cõtiguus ſinus offertur, vbi*

vrbs

vrbs ab ædificatoribus Phocensibus Hyela nominata est, cum eam quidam Helam à fonte quodam nominauerint. Nostra vero ætas Eleam dicit, de qua Parmenides, atque Zeno duxerunt originem Pythagoricæ sectæ viri. Eam per illos prioribus annis legibus, & institutis bene formatam fuisse arbitror. Hæc Strabo.

Claruerunt hi duo philosophi Olympiade LXXXI. quo tempore Romani legatos Athenas miserunt, qui inclytas leges Solonis describerent, & aliarum Græciæ ciuitatũ instituta, mores, iuráque noscerent, ex quibus postea XII. tabularum leges natæ sunt.

Philolaus Crotoniata Pythagora vsus pręceptore in philosophia multum profecit. Hic librum composuit, quem (vt ait Hermippus) emit Plato à Philolai sanguineis argenti minis Alexandrinis XL. in Siciliam ad Dionysiũ accedens, ex quo Timæum transcripsit. Quod quidem factum, Adame, ex Laertio hilari animo, ac libenter excerpsi, & huic meæ ad te epistolæ inserere volui, quod illius commemoratio non parum gloriæ, & laudis nostræ Italiæ afferre videatur.

Fuit & alter Philolaus, & Euritus, ambo Pythagorei, non Crotoniatæ, sed Tarẽtini, quorum Xenophilus Chalcidensis Thracius, Plãtõ, Echecrates, & Diocles, & Polymnastus omnes Phliasii fuerunt auditores. De vtroque Laertius in vita Pythagoræ: Ipassus similiter Pythagoreus ex Metaponto vrbe in sinu Ta-

rentino posita originem habuit, qui (vt Democriti testimonio Laertius autumat) nullã prorsus scripsit literam: tametsi primo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Aristoteles dixerit Ipassi Metapontini opinionẽ fuisse ignẽ esse rerũ omniũ initium.

Asto Crotoniata arcanum quendam composuit sermonem, de quo Laertius. Scripsisse item dicitur & alia multa, quæ tamen Pythagoræ tanquam auctori tributa sunt.

Lysis Tarentinus audiuit Pythagoram, de quo scripsit ad Hipparchum. Eius meminit Laertius. Thebani Epaminõdę pręceptor fuit.

Ex Crotone ciuitate ortus est quidam poëta nomine Orpheus, Pisistrato Tyranno familiaris, quem scripsisse Decaeteriam, Argonautica, & alia quędam libro VI. Grammaticorũ Asclepiades tradit. De eo ita Suidas, Ὀρφεὺς Κροτωνιάτης, ἐποποιὸς, ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ, Ἀσκληπιάδης φησὶν ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν γραμματικῶν. δεκαετηρίαν, Ἀργοναυτικὰ, καὶ ἄλλα τινά.

Ex Tarento quoque originem duxit Heraclides medicus, qui (vt testatur Celsus) cum aliquibus non mediocribus viris ex ipsa professione se Empiricum appellauit. Hunc in libro de compositione medicamentorum per genera magnopere laudat Galenus; vt eum qui fide dignus sit, & sola ipsius experimẽtis probata commemoret. Eo in loco eiusdem adducit libros vnum ad Astiodamantem, & Antiochidem, alterum quem στρατιώτην. i. militem nuncupauit. Heraclidis item Tarentini sym-

posium

posium citat Atheneus vbi σίκυον Grece, Latine cucumerem vocat ἡδύγαιον, quod in dulci oriatur solo.

Extitit & Apollodorus Tarentinus de quo Plinius libro primo.

Annibalis res gestas historię Græce mãdauit Eumachius Neapolitanus, vt idem Athenæus auctor est.

Cleomenis Rhegini epistolam ad Alexandrum, & dithyrambos eiusdem ex Meleagro inscripta fabula refert Athenæus.

Illud quoque ad hanc rationem maxime pertinet, quod in libro de philosophica historia scribit Galenus: (si modo illud opus Galeni legitimum est) duo fuisse philosophorum genera, alterum Ionium, alterum Italicum. quorum, huius quidem quod Crotone, & Tarento floruit, Pythagoras: illius vero, quod Eleæ Xenophanes Colophonius princeps fuit.

Extiterunt & duo legislatores celeberrimi, atque notissimi Zaleucus, & Charondas, quos in Italia fuisse à Pythagora institutos affirmat Laertius, in eiusdẽ vita, cuius hæc sunt verba: Ἄλλους τε κατ' Ἰταλίαν ἀπεργάσασθαι καλοὺς, καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ Ζάλευκον, καὶ Χαρώνδαν νομοθέτας. Horum autẽ duorum Zaleuci quidem patriam reticuit Aristoteles, eundem tamen Locrensibus qui ad occidentem vergunt tulisse leges asseruit. Charondam vero ex Catana Siciliæ ciuitate ortum suis leges scripsisse ciuibus. Sic enim ille ait libro Politicorum

Secundo: Νομοθέται δ᾽ ἐγένοντο Ζάλευκος Λοκρὶς τοὺς ἐπὶ Ζεφυρείους, καὶ Χαρώνδας ὁ Κατάνεος τοῖς αὐτοῦ πολίταις, καὶ ταῖς ἄλλαις Χαλκιδικαῖς πόλεσι ταῖς περὶ Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. Sed non parum me torquet, quod VI. Valerij Max. libro legatur Zaleucum quidem Locrum, sed Charondam fuisse Tyrium. Cui dubitationi satisfacere me posse planè diffido; cum Valerius ab Aristotele (si vterque de eodem loquatur Charõda) nimis aperte dissentiat. Nisi dixerim aut mẽdum occupasse Valerij codicem, aut duos Charondas extitisse. At Plato libro X. de legibus, Charondam neque Italum neque Siculũ fuisse dicit, laudari tamen, atque extolli, quòd ambobus illis populis leges dederit: nam sic scribit; Χαρώνδαν μὲν γὰρ Ἰταλία, καὶ Σικελία, καὶ ἡμεῖς Σόλωνα· σὲ δὲ τίς ἕξει τινὰ εἰπεῖν; id est, *nam Charondam Italia, & Sicilia, nos Solonem: te vero quem nam quis esse dixerit?* Præterea Zaleucũ legibus instituisse non Locros (vt Aristoteles, & Cicero) sed Thurios Italiæ populos his verbis prodidit Athenæus Dipnosoph. libro XI. Καίτοι ἔδει καθάπερ τὸν Λυκοῦργον τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τὸν Σόλωνα τοὺς Ἀθηναίους καὶ τὸν Ζάλευκον τοὺς Θουρείους καὶ αὐτὸν, εἴπερ ἦσαν χρήσιμοι νόμοι, πεῖσαι τινὰς τῶν Ἑλλήνων αὐτοῖς χρήσασθαι. *Atqui opus erat quemadmodum Lacedæmoniis Lycurgus, Solo Atheniensibus, & Zaleucus thuriis si vtiles erant leges, persuasisset quibusdam Græcis, vt eas seruarent.* Huic quoque loco illud addi possit ex Ciceronis libro de Legibus

deprom-

deprõptum, Platonẽ, Zaleucũ, & Charondã legislatores imitatũ, quod legis putauit esse persuadere aliquid nõ omnia vi, aut minis cogere.

Diocles Peripathius primus ab vrbe condita Græcam confecit historiam, quem vt in Romulo testatur Plutarchus, imitatus est.

Fabius Pictor, scriptorũ (vt ait Liuius) antiquissimus, cuius Annales à Cicerone & Plinio commemorantur sępius. Hũc Gręce scripsisse, quamuis Romanus vir, ex Ciceronis verbis, quæ posita sunt lib. primo de Diuinatione satis apparet. *Sunt* (inquit) *& hæc vt dixi somnia fabularum, hísque adiungatur etiam Aeneæ somnium, quod in numerũ Fabij Pictoris Græcis Annalibus eiusmodi est, vt omnia quæ ab Aenea gesta sunt, quæque illi acciderunt, ea fuerint, quæ ei secundum quietem visa sunt.* Hæc Cicero. Hoc idem asserit Dionysius Halicarnasseus libro suæ historiæ primo, sic Latine loquens; Nec absimiles historias ediderunt, quotquot Romani homines vrbis suę res antiquas Gręco sermone scripserunt, quorum vetustissimi Quintus Fabius, & L. Cintius, ambo æquales bellis Punicis. Horum vterque ea quibus ipse interfuit, vt probè sibi cognita, diligẽter mãdauit literis. Verum Quintum Fabium, cuius meminit Halicarnasseus, non posse alium esse, quàm Pictorẽ ex eo constat, quòd illum paulo post adducit, & Pictorem nominat; tum etiam quòd ipse post Cannensem pugnam, vt affirmat Liuius, Delphos ad oraculũ missus est sci-

ſcitatũ, quibus precibus ſupplices Deos poſſẽt placare, & quænam futura finis tãtis cladibus foret. Perſpicuũ igitur eſt Fabiũ Pictorẽ Grꝙce ſcripſiſſe. Viget tamen libellus Latinus de aureo ſeculo, qui eidem aſcribitur Pictori, in duas diſtributus partes. Referuntur etiam ab A. Gellio nonnulla Latina eiuſdem Fabij loca. Quo factum eſt, vt aliqui noſtrates fuerint ſuſpicati duos fuiſſe Fabios Pictores, quorũ alter Græco, alter Latino ſermone in ſcribendo vſus ſit. Crediderim ego potius vnum tantum eius cognominis Fabium, qui vtraque lingua & loqui, & ſcribere probè nouerit, iuris, & omnis antiquitatis peritiſsimus. Nam vni tantum vulgatũ eſt nobiliſsimo viro ſummꝙ laudi datum fuiſſe, quod ædem ſalutis, (vt autumat Plinius) pinxerit, atque inde nomẽ Pictoris habuerit anno vrbis CCCCL. quæ pictura durauit vſq; ad Claudij principatũ ꝙde exuſta.

Plinius ſimiliter ciuis noſter Italos enumerans auctores, per quos in contexẽdis naturalis hiſtoriꝙ libris ipſe profecerat, L. Aruncium de Aſtris, Sextium Nigrum, & Iulium Baſſum de Medicinis Græce ſcripſiſſe prodidit.

C. Alcidius Græcam ſcripſit hiſtoriam, vt tertio Officiorum teſtatur Cicero, cuius etiã Plutarchus meminit in Romulo.

Scripſit poſtea Cicero Græca ſui conſulatus cõmentaria, vt ipſemet fatetur lib. Epiſtolarũ ſecundo ad Atticum, quem ferunt etiã Græcã ex tempore habuiſſe orationem, quam admi-

ratus

ratus Apollonius Alabandẽsis Molonis filius, Ciceronis Cæsarísque præceptor exclamasse dicitur se Græcorum fortunæ misereri, quòd eloquentię ornamenta, quę eis sola relicta essent, homo Romanus sibi vendicaret.

Scripserunt & alij Romani ciues eadẽ lingua, vt Africanus Scipio, & T. Graccus. P. F. cuius oratio Græca tẽporibus Ciceronis erat apud Rhodios.

Præterea & A. Albinus Græcã composuit historiam, vir literatus & disertus, qui cum L. Lucullo consul fuit.

Extant etiam nonnulla (vt in libris Digestorum satis apparet) veterum Iurisconsultorũ responsa, præsertim Herennij Modestini & Imperatorum rescripta, quæ Græco sermone fuerunt edita.

Verum quoniam Sicilia Italiæ coniuncta quondam fuit, & vna eius habebatur pars, idcirco Siculos eosdem, quos Italos esse censendum est: nam & eiusdem vernaculæ linguæ commercio, & morum similitudine maxime conueniunt. Quapropter si huius insulæ homines in literarũ studiis eximios, qui Græce aliquando scripserint, Italis nostris admisceã, profectò rem me facturum arbitror, qua quidẽ augeri Italiæ dignitatẽ omnes intelligant.

Atque vt ab Empedocle incipiam: Hic fuit Agrigentinus ex Agrigẽto, siue Agraga (vtroque enim modo dicitur,) nobilissima Siciliæ ciuitate. Idẽ (vt ait Cicero) poeta, & physicus,

sed physicus potius quã poeta Aristotelis iudicio nũcupandus, quẽ fuisse Pythagoræ discipulũ in sua historia Timæus prodidit, quãuis alij dicant Parmenidis, & ab eo mirifice adamatum. Huius cõplura apud Aristotelẽ legũtur carmina, quẽ inuenisse artẽ Rhetoricam, referẽte Laertio, Aristoteles in Sophista scriptum reliquit. Lustrasse autẽ terrarum orbem, vt magiã disceret, tradit noster Plinius, de cuius morte Horatius in Poetica.

Excelluerunt quoque duo summi oratores genere Siculi, Corax, & Tisias, qui artẽ dicẽdi & eius præcepta primi conscripserunt. Hãc autem rem ab Aristotele literis commissam in Bruto repetit Cicero. Plato in Phædro Tisiã, & Gorgiam simul nominat. De eisdem Quintilianus libro tertio, *Artium* (inquit) *scriptores antiquißimi Corax, & Tisias, quos insecutus est vir eiusdem insulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis vt traditur, discipulus.*

Numeratur inter Siculos doctrina prędito Nicetas, vel (vt ipsum appellat Laertius) Icetas patria Syracusanus, quẽ quidẽ primũ putasse terrã immobili manẽte cęlo in orbẽ ferri nõnulli tradiderunt. De hoc ita in Academ. Cicero: *Nicetas Syracusius (vt ait Theophrastus) Cælum, Solẽ, Lunam, Stellas, superáq; omnia stare censet: atque præter terrã rẽ nullã moueri, quæ circa axẽ se summa celeritate cõuertat, & torqueat, eadẽq. effici omnia, quæ si stãte terra moueretur.* Atq; hoc etiã Platonẽ dixisse, sed paulo obscurius.

Syra-

Syracuſanus pariter fuit Monimus Diogenis diſcipulus; cuius (vt teſtatur Laertius) meminit Menander.

Fuit item Nymphodorus Syracuſanus, quẽ περὶ τῶν τῆς Ἀσίας περίπλων, καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ θαυμαζομένων ſcripſiſſe Atheneus prodidit. Idẽ Athenæus Alcimi Siculi adducit librum, qui inſcriptus eſt Italicus.

Extitit etiã Siculus Andreas Panormita, qui, auctore Athenæo, Σικελικὰ τὰ κατὰ πόλιν monumẽtis mãdauit. An vero hic fuerit Andreas ille Medicus, cuius toties & Celſus, & Plinius, & Galenus, mẽtionẽ faciũt, incertũ apud me eſt.

Siciliam quoq; inſulam maxime illuſtrauit Diodorus natus in Agyra vrbe: cuius auctoritate vtitur Athenæus, tum ex libro ad Lycophronẽ, tum ex Italicis linguis, & ex Bibliotheca quæ eſt Romana hiſtoria. Floruit Cæſaris Auguſti temporibus.

Phliſtus item Syracuſanus fuit, qui in conſcribenda hiſtoria ocium conſumpſit, Thucydidem maxime (vt ſecundo de Oratore Cicero opinatur) imitatus, cuius etiam meminerunt Dionyſius Halicarnaſſeus & Plutarchus. Eiuſdem libros enumerat Suidas.

Extitere duo Heraclidæ patria Syracuſani, quorum vterq; (Atheneus refert) περὶ τῶν ὀψαρτικῶν, ſed alter etiã περὶ τῶν θεσμῶν pertractarũt.

Habitus eſt etiam Siculus quidã poeta nomine Orpheus ex oppido Camerino, cuius dicunt eſſe ad inferos deſcenſum, de quo ita

Suidas: Ορφεὺς Καμαειναῖος, ἐποποιός, ὅν φασιν εἶναι τὴν εἰς ἅδου κατάβασιν.

Ex vrbe Syracuſana originem duxit etiam Theocritus poeta ille, quem in Bucolicis ſecutus eſt Virgilius, longo tamen interuallo. Non deſunt qui dicant eundem fuiſſe Coum, atque ex Coo Syracuſas commigraſſe.

Syracuſis pariter ortus eſt Archimedes mathematicus: de cuius ingenio, & morte Liuius, Plinius & Plutarchus, item de eius ſepulchro libro quinto Tuſcul. Cicero.

De alio poëta Syracuſano Theodorida nomine, ſic lib. vlt. Dipnoſoph. ſcribit Atheneus: Θεοδωρίδας γοῦν ὁ Συρακούσιος ἐν κενταύροις διθυράμβῳ φησὶ, πίσσα δ' ὑπὸ δρυΐαν ἔσταζεν. hoc eſt, itaq; Syracuſius Theodoridas in Cẽtauris hoc vtitur dithyrãbo: *Pix ſub querno ligno ſtillabat.*

Præterea Theognis Poëta Elegus patriam habuit Megarã Siciliẹ ciuitatẽ, de quo Plato lib. 1. de Legibus: Ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς ἔχομεν μάρτυρα Θέογνιν πολίτην τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ Μεγαρέων. Idẽ in Memnone, & Ariſtot. lib. 9. de Morib. Athen. quoq; lib. 6. ὡς καὶ ὁ Μεγαρεὺς Θεόγνις ἐν ταῖς ἐλεγίαις, quarũ multæ nũc habẽtur vulgo.

Ex Leontio ſimiliter Siciliæ vrbe ortus eſt Gorgias orator præſtantiſſimus, Iſocratis doctor, & diſcipulus Empedoclis, vt in Catone Maiore affirmat Cicero. Qui de eodem pluribus aliis in locis, ſed potiſſimum in Oratore, vbi Gorgiã dicit fuiſſe λογοδαίδαλον, ſumpto illo ex Phædro Platonis vocabulo, quod ſanè

libro

libro tertio, Plato quoque qui Gorgiæ nomine ſuum de Rhetorica dialogum inſcripſit, in Apologia & in Memnone eiuſdem meminit, quem hominum primum auream ſtatuā, & ſolidam Delphis in tēplo ſibi poſuiſſe LXX. circiter Olympiade, noſter teſtatur Plinius.

Extitit & alius Timæus natione Siculus, à quo ſe adiutum fuiſſe in Naturali Hiſtoria fatetur Plinius primo libro. De eodem plerunque Dionyſius Halicarnaſſeus.

Ortum item habuit ex Meſſana Siciliæ ciuitate Euhemerus antiquus auctor, qui (vt ſcribit Lactantius) res geſtas Iouis, & ceterorum, qui putantur Dij, collegit, hiſtoriámque contexuit ex titulis, & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebātur, maximéque in phano Iouis triphylij, vbi auream columnam poſitam eſſe ab ipſo Ioue titulus indicat, in qua columna geſta ſua perſcripſit, vt monumenta eſſent poſteris rerum ſuarum. Hūc Euhemerum interpretatus & ſecutus eſt præter ceteros Ennius, vt primo de Natura Deorum teſtatur Cicero. De hoc eodem alij Latini ſcriptores, vt Varro, & Auguſtinus, & Seruius meminerunt. Ex Græcis Sextus Empiricus, & Theodoritus Thirenſis, qui quod ipſe veram de Dijs ſcripſerit hiſtoriam, eorū mortes & ſepulturas demonſtrando, ἄθεον καὶ γέροντα ἀλάζονα nuncuparunt.

Poſtremo Siculus etiam fuit Epicharmus, ciuis Syracuſanus, poëta Comicus, vt in Thea-

ge existimat Plato, de quo Cicero primo Tuscul. & tertio Epistolarũ ad Q. Fratrem. Epicharmi ἐποικοδόμησιν, id est exaggerationem (vt vertit Gaza, quamuis Soritem, & Acerualem interpretari possimus, quod est argumẽtandi genus) Aristoteles commemorat, & primo lib. de Ortu Animal. & primo Rhetoric. De hoc eodem Laertius in Platonis vita. Citat Athenæus complures Epicharmi libros.

Illud silentio non prætereundum, quod ad nostrum institutum attinere videtur, Herodotum Halicarnasseum, quamuis tam in Asia sua quàm in terra Græcia plura quidẽ opportuna & commoda reperirentur loca, in quibus suam potuisset historiam contexere, Thurios tamen Italiæ oppidum inter Cratim & Sybarim (vt noster ait Plinius) sibi elegisse, vbi cõfecto diuino opere patris historiæ nomẽ vindicaret. Quandoquidem non ignorabat eam esse Italiæ naturam, (siue id cæli temperatione proueniat, siue quòd hoc propriũ ei munus dederit Deus:) vt nõ modo acuta & perspicacia semper gignat ingenia, verum & quę ex aliis Europæ regionibus ad seipsam accedant incolẽdam, ea & magis eximia atque præstantia reddere soleat.

Id denique libet adiungere, Flauium Philostratum duos nominare Sophistas genere Italos, Ælianum Romanum, & Aspasium Rauennatem, qui sua animi sensa literis mãdantes, Græca oratione vsi sunt.

At

At Galli forte linguā Græcam suam quoq. esse contendant, propterea quòd Massiliæ iam Græca studia & literæ viguerint. Quasi vero Gallia tantam hominum copiam qui Græce scripserint, artes & disciplinas inuenerint, à quibus summi Græciæ viri multa accipere, & docere non erubuerint, quātam Italia in mediū possit afferre. Vix vnū habuit eundémque Sophistam (vt Philostratus asserit) Phauorinū, cuius toties mentionē facit Gellius, qui ortus Arelate, quæ est Galliæ Narbonensis ciuitas, Cæsarum Traiani & Adriani tēporibus illustri laude celebratus est. De quo sic Flauius Philostratus in libris Sophistarum: τὸν Φαβοεῖνον τὸν φιλόσοφον ἡ εὐγλωττία ἐν τοῖς σοφισταῖς ἐκήρυττεν. ἦν μὲν γὰρ τῶν ἑσπερείων Γαλατῶν οὗτος Ἀρελάτου πόλεως ἣ ἐπὶ Ῥοδανῷ ᾤκισται.

Hos tibi clarissimos viros, Adame, quorum monumētis in magno honore iam habita est & nūc habetur Italia, hac mea ad te epistola enumerare volui, vt si quando Germanis, Hispanis, Gallis, legere hęc nostra, cōtigerit; ij (ta metsi nostris tēporibus magnos in literis fecisse progressus sibi ipsis visi sūt) sese tamē iactare & gloriari paulum desinant, & nos Italos præ se nolint contemnere. Tot enim, & tam multos eruditos viros omnibus sæculis tulit, ac nunc etiā fert continenter Italia, vt Europa vniuersa ad omnem animi excellentiam Italiæ ope & auxilio egere videatur.

Quapropter non possum complures nostrę

ætatis præstantissimos homines eosdémq; Italos nõ incusare, qui cum Græcã & Latinam habeamus linguã, quæ quidẽ nostræ propriæque sunt, iis tamen posthabitis in Etrusco sermone totam ætatem inutiliter conterunt: nec illis venit in mentẽ, hunc ipsum fuisse tũc exortũ, cum in Italiã infusa peregrinitas Latini sermonis dignitatẽ & decorẽ corrupit deprauaúitque. in qua quidẽ verborũ colluuie tres excelluere nostrates viri, Dãthes, Petrarcha, & Boccatius, non, meo tamen iudicio, tã absoluti atq; perfecti vt nõ aliquid eis vitio verti possit. Nã à Dãthe postulari verba magis splẽdida, & ornata: In Petrarcha res & sentẽtias verbis subiectas requiri: Maiorem in Boccatio desiderari prudentiã satis apparet. Sed non est nostros hic reprehendendi locus.

Restat igitur, mi Adame, vt quando nostra Italia merito vtriusque linguę parẽs atque altrix dici potest, in eis & loquendo & scribẽdo cõtinẽter versemur; Etruscũ vero sermonẽ effugiamus tãquam scopulũ, atque ex doctorum hominũ conuentibus explodamus, nec eo nobis vllo modo vti liceat, nisi cũ agere cũ imperitorũ vulgo necesse fuerit. Quod sanè si facere neglexerimus, vereor equidẽ ne nostra Italia, quæ nunc in augẽda & honestanda Thusca lingua magis quàm par sit, occupata est, fœda & intolerãda barbarie omnes Europæ nationes tandem sit superatura. Vale.

FINIS.